Et fugerũt viri iſrahel ante fatiẽ
philiſtijm ⁊ ceciderũt interfecti ĩ mõ
te gelboe· Irrueruntq; philiſtijm ĩ
ſaul ⁊ in filios ei⁹ et pcuſſerũt io
nathan et aminadab et melchi
ſue filios ſaul: totũq; põdus plĩj
verſũ eſt in ſaul· Et ↄſecuti ſũt eũ
viri ſagittarij ⁊ vulnerat⁹ ẽ vehe
menter a ſagittarijs· Dixitq; ſaul
ad armigerũ ſuũ· Euagina gladi
um tuũ ⁊ interfice me: ne forte ve
niãt incircũciſi iſti et interficiãt me
illudẽtes mihi· Et noluit armiger
eius· fuerãt enĩ nimio terrore pter
ritus· Arripuit itaq; ſaul gladiũ
ſuũ ⁊ irruit ſup eũ· Qđ cũ vidiſſet
armiger ei⁹ videlicz q; mortuus
eſſet ſaul· irruit etiã ipſe ſup gla
diũ ſuũ ⁊ mortuus ẽ cũ eo· Mortu
us eſt ergo ſaul ⁊ tres filij eius ⁊
armiger illius ⁊ vniũſi viri ei⁹ ĩ
die illa pariter· Videntes aũt filij
iſrahel q̃ erant trãs vallẽ ⁊ trãs
iordanẽ q; fugiſſent viri iſrlite ⁊
q; mortuus eſſet ſaul et tres filij
ei⁹: reliquerũt ciuitates ſuas ⁊ fu
gerũt· Veneruntq; philiſtijm ⁊ ha
bitauerũt ibi· Facta aũt die alte
ra venerũt philiſtijm vt expolia
rent interfectos ⁊ inuenerũt ſaul
et tres filios eius iacẽtes ĩ mõte
gelboe· Et pciderũt caput ſaul et
expoliauerũt eũ armis ⁊ miſerũt
in terrã philiſtinoꝝ p circuitũ vt
annũtiaret in tẽplo ydoloꝝ et in
pplis· Et poſuerũt arma eius ĩ tẽ
plo aſtaroth· corpus vero eius ſu
ſpenderũt ĩ muro bethſan· Qđ cũ
vidiſſent habitatores iabes gala
ad quecunq; fecerant philiſtijm
ſaul: ſurrexerũt omnes viri fortiſſi
mi ⁊ ambulauerũt tota nocte et
tulerũt cadauera ſaul et cadaue
ra filioꝝ ei⁹ de muro bethſan· Ve
neruntq; viri iabes galaad ⁊ cõ
buſſerũt ea igni et tulerũt oſſa eoꝝ
et ſepelierũt in nemore iabes et ie
iunauerũt ſeptẽ diebus·

Explicit liber regũ pm⁹· In
cipit ſcđus· Ca· primũ·

A. Factũ eſt aũt poſtq̃
mortuus ẽ ſaul vt
dauid reuerteretur a
cede amalech ⁊ ma
neret in ſiceleth du
os dies· In die autẽ tertio appa
ruit homo veniẽs de caſtris ſaul
veſte conſciſſa ⁊ puluere conſper
ſus caput· Et vt venit ad dauid
cecidit ſuper faciem ſuam et ado
rauit· Dixitq; ad eũ dauid· Vn
de venis? Qui ait ad eum· De ca
ſtris iſrahel fugi· Et dixit ad eum
dauid· Quod eſt verbum quod
factum ẽ? Indica mihi· Qui ait
Fugit populus ex prelio et multi
corruentes e populo mortui ſunt
ſed et ſaul ⁊ ionathas filius ei⁹
B. interierũt· Dixitq; dauid ad ado
leſcentem qui nuntiabat ei· Vn
de ſcis quia mortuus eſt ſaul et
ionathas filius eius? Ait adole
ſcens qui nuntiabat ei· Caſu ve
ni in montem gelboe et ſaul incũ
bebat ſuper haſtam ſuam: porro
currus et equites appropinqua
bant ei ⁊ conuerſus poſt tergum
ſuum videnſq; me vocauit· Cui
cum reſpondiſſem adſum: dixit
mihi· Quis nam es tu? Et aio ad
eũ· Amalechites ego ſũ· Et locut⁹
eſt mihi· Sta ſuper me ⁊ interfice

me quoniã tenent me ãguſtie et
adhuc tota anima mea in me eſt
Stansqꝫ ſup eũ occidi illũ Sciebã
enĩ ꝙ viuere nõ poterat pꝰ ruinã
C. Et tuli dyadema qđ eãt in capite
eius ⁊ armillã de brachio illius
et attuli ad te dñm meũ huc Ap
prehendẽs aũt dauid veſtimẽta
ſua ſcidit · omnesqꝫ viri q̃ erãt cũ
eo ⁊ planxerũt et fleuerũt ⁊ ieiu
nauerũt vſqꝫ ad veſperã ſup ſaul
ſup ionathan filiũ eius ⁊ ſup po
pulũ dñi et ſup domũ iſrahel : eo
ꝙ corruiſſent gladio · Dixitqꝫ da
uid ad iuuenẽ qui nunciauerat
ei · Vnde es tu? Qui rñdit Filius
hoīs aduene amalechite ego ſũ ·
Et ait ad eũ dauid · Quare non ti
muiſti mittere manũ tuã vt occi
deres criſtũ dñi? Vocãſqꝫ dauid
vnũ de pueris ſuis ait · Accedens
irrue in eũ Qui percuſſit illũ et mor
D. tuus eſt Et ait ad eũ dauid San
guis tuus ſup caput tuũ · Os enĩ
tuũ locutũ eſt aduerſũ te dicens :
ego interfeci criſtũ dñi · Planxit
aũt dauid planctũ huiuſcemodi
ſup ſaul et ſup ionathã filiũ eiꝰ
et precepit vt docerẽt filios iuda
planctũ ſicut ſcriptũ ẽ in libro iu
ſtorũ Et ait Conſidera iſrahel ꝓ
hijs q̃ mortui ſũt ſup excelſa tua
vulnerati Inditi iſrahel ſup mon
E. tes tuos interfecti ſũt Quõ ceci de
rũt fortes? Nolite annunciare in
geth · neqꝫ annũcietis in cõpitis
aſcalonis : ne forte letentᷣ filie phi
liſtijm ne exultẽt filie īcircũciſoꝝ
F. Mõtes gelboe nec ros nec pluuia
veniãt ſup vos Neqꝫ ſint agri pri
miciarũ ꝙ ibi abiectus ẽ clipeus
fortiũ clipeus ſaul quaſi nõ eſſet
vnctus oleo a ſanguine interfe
ctorũ ab adipe fortiũ Sagitta io
nathe nũqᷓ redijt retrorſũ et gla
dius ſaul nõ eſt reuerſus inanis
Saul ⁊ ionathas amabiles ⁊ de
cori valde in vita ſua : in morteqꝫ
G. nõ ſũt diuiſi Aquilis velociores
leonibꝰ fortiores Filij iſrahel ſup
ſaul flete q̃ veſtiebat vos coccino
in delicijs qui ꝑbebat ornamẽta
aurea cultui veſtro Quõ ceciderũt
fortes in ꝓlio Ionathas in excel
ſis tuis occiſus ẽ · Doleo ſup te frᷓ
mi ionatha decore nimis et ama
bilis ſup amorem mulierũ Sicut
mater vnicũ amat filiũ ſuum ita
ego te diligebã · Quomodo ceci de
runt robuſti et perierũt arma bel
lica?

Ca · ij ·

Igitur post hec conſuluit dauid dñz
dicens Num aſcendã in vnã de ci
tatibus iuda? Et ait dñs ad eũ ·
Aſcende · Dixitqꝫ dauid Quo aſcẽ
dam? Et rñdit ei In hebrõ · Aſcẽ
dit ergo dauid et due vxores eꝰ
achinoẽ ieſrelites et abigail vxor
nabal carmeli · ſꝫ ⁊ viros q̃ erant
cũ eo duxit dauid ſingulos cũ do
mo ſua et manſerũt in opidis he
bron Veneruntqꝫ viri iuda ⁊ vnx
erũt ibi dauid vt regnaret ſup do
mũ iuda Et nũciatũ eſt dauid ꝙ
viri iabes galaad ſepeliſſent ſaul
Miſit ergo dauid nũcios ad vi
ros iabes galaad dixitqꝫ ad eos
Benedicti vos a dño qui feciſtis
miſericordiã hãc cum dño veſtro
ſaul et ſepeliſtis eũ Et nunc retri
buet quidẽ vobis dñs miſericor
diã et veritatẽ et ego reddã grãs
eo ꝙ feciſtis verbũ iſtud Confor
tentur manꝰ veſtre et eſtote filij

fortitudinis. Licꝫ enĩ mortuꝰ ſit do
minꝰ vr̄ ſaul· tamē me vnxit domꝰ
iuda ĩ regē ſibi Abner aūt filius
ner pñceps exercitus ſaul tulit hiſ
boſeth filiū ſaul ⁊ circūduxit euꝫ
p caſtra: regēqꝫ ꝯſtituit ſup gala
ad ⁊ ſup ieſſuri ⁊ ſuper ieſrahel ⁊
ſup effraī ⁊ ſup beniamī ⁊ ſup iſrl̄
vniūſū· Quadraginta ānoꝝ erat
hiſboſeth filiꝰ ſaul cū regnare ce
piſſꝫ ſup iſrl̄ ⁊ duobꝰ ānis regnauit
Sola aūt domꝰ iuda ſeqbat̄ dd·
Et fuit numerus dieꝝ quos ꝯmo
ratꝰ ē dauid ĩperās ĩ hebron ſup
domū iuda: ſeptē ānoꝝ ⁊ ſex mē
ſiū· Egreſſuſqꝫ ē abner filiꝰ ner ⁊
pui hiſboſeth filij ſaul de caſtris
in gabaon· porro ioab filiꝰ ſaruie
⁊ pueri dauid egreſſi ſūt ⁊ occur
rerūt eis iuxta piſcinā gabaon Et
cū in vnū ꝯuenissent: e regiōe ſe
derūt hij in vna pte piſcine: ⁊ illi
ex altera· Dixitqꝫ abner ad ioab·
Surgāt pueri: ⁊ ludāt corā nob
Et rn̄dit ioab· Surgāt· Surrexerit
ḡ ⁊ tranſierunt nūo duodecī de be
niamī ex pte hiſboſeth filij ſaul:
⁊ duodecī de pueris dauid· App
henſoqꝫ vnuſquiſqꝫ capite cōpis
ſui defixit gladiū in latus ꝯtrarij
⁊ ceciderūt ſimul· Vocatumqꝫ eſt
nomē loci illiꝰ: ager robuſtoꝝ in
gabaon· Et ortum eſt bellū duruꝫ
ſatis ĩ die illa: fugatuſqꝫ ē abner
⁊ viri iſrl̄ a pueris dauid· Erant
aūt ibi tres filij ſaruie: ioab ⁊ ab
iſai ⁊ aſahel· Porro aſahel curſor
velociſſimꝰ fuit: q̄ſi vnꝰ ex capre
is que morātur in ſiluis· Perſeq
bat̄ autē aſahel abner: ⁊ nō decli
nauit ad dextraꝫ ſiue ad ſiniſtrā
omittēs pſeq abner· Reſpexit ita

qꝫ abner poſt tergum ſuuꝫ ⁊ ait·
Tu ne es aſahel. Qui reſpondit·
Ego ſum· Dixitqꝫ ei abner· Vade
ad dextram ſiue ad ſiniſtraꝫ ⁊ ap
prehende vnum de adoleſcentibꝫ:
⁊ tolle tibi ſpolia eius· Noluit au
tem aſahel omittere: quin vrge
rꝫ eum· Rurſumqꝫ locutus eſt ab
ner ad aſahel· Recede ⁊ noli me
ſequi: ne forte compellar cōfodere
te in terraꝫ ⁊ leuare nō potero faci
em meam ad ioab fratreꝫ tuum·
Qui audire contempſit: ⁊ noluit
declinare· Percuſſit ergo eum ab
ner auerſa haſta in inguine et
tranſfodit ⁊ mortuꝰ eſt in eodem
loco· Omneſqꝫ qui tranſibāt per
locum illum in quo ceciderat aſa
hel: ⁊ mortuus erat ſubſiſtebant·
Perſequētibꝰ autē ioab ⁊ abiſai
fugienteꝫ abner: ſol occubuit· Et
venerūt vſqꝫ ad collē aque ductꝰ
qui ē ex aduſo vallis ⁊ itineris de
ſerti in gabaon· Cōgregatiqꝫ ſūt
filij beniamin ad abner: ⁊ cōglo
bati in vnū cuneū: ſteterūt ĩ ſummi
tate tumuli vnius· Et exclamauit
abner ad ioab: ⁊ ait· Num vſqꝫ
ad internetiōeꝫ tuꝰ mucro deſeui
et. An ignoras ꝙ piculoſa ſit deſpe
ratio. Vſquequo nō dicis ꝑplo ut
omittat perſequi fratres ſuos.
Et ait ioab· Viuit dominus: ſi lo
cutus fuiſſes mane receſſiſſꝫ popu
lus perſequēs fratrem ſuū· Inſo
nuit ḡ ioab buccina ⁊ ſtetit ōmis
exercitus· nec perſecuti ſunt vltra
iſrahel· neqꝫ inire certamē· Abner
autem ⁊ viri eius abierunt per cā
peſtria moab tota nocte illa ⁊ trāſ
ierunt iordanē· et luſtrata omni
bethoron venerunt ad caſtra·

Porro ioab reuerſus omiſſo abner
ↄgregauit oēm pplm et defuerūt
de pueris dauid decem ⁊ nouem
viri excepto aſahele. Serui autē
dauid percuſſerūt de beniamin ⁊ de
viris qui erant cū abner: trecen
toſſexaginta q̄ et mortui ſūt. Tu
leruntq; aſahel ⁊ ſepelierunt eū in
ſepulchro pr̄is ſui ī bethleem. Et
ambulauerūt tota nocte ioab et
viri qui erāt cū eo et in ipō crepu
ſculo peruenerūt ī hebron ¶ Ca. iij.

Facta eſt ergo longa ↄcerta
tio inter domū dauid ⁊ inter
domū ſaulis: dauid proficiens ⁊
ſemp ſeipō robuſtior. domꝰ autē
ſaul decreſcens quotidie. Natiq;
ſūt filij dauid in hebron Fuitq; p̄
mogenitꝰ eius amon de achinoē
ieſrelite et poſt eum cheleab de abi
gail vxore nabal carmeli. Porro
tercius abſolon filius maacha
filie tholomai regis geſſur. Quar
tus aūt adonias filius aggith et
quītus ſaphacias filiꝰ abithal.
Sextusq; iethraam de egla vxoē
dauid Hij nati ſūt dauid ī hebrō
Cū ergo eſſet preliū inter domū
ſaul et domū dauid: abner filius
ner regebat domū ſaul. Fuerat
autē ſauli cōcubina noīe reſpha
filia achia ingreſſuſq; ē ad eam
abner. Dixitq; hiſboſeth ad ab
ner. Quare ingreſſus es ad cōcu
binā pr̄is mei? Qui iratus nimis
ꝓpter v̄ba hiſboſeth: ait. Nūqd
caput canis ego ſū aduerſū iudā
hodie qui fecerim miā ſup domū
ſaul patris tui et ſup frēs ⁊ pro
ximos eius et nō tradidi te ī ma
nu dauid et tu requiſiſti ī me qd ar
gueres ꝓ muliere hodie? Hec faciat
deꝰ abner ⁊ hec addat ei: niſi quō
iurauit dn̄s dauid ſic faciā cū eo
vt transferatur regnū de domo ſaul
et eleuetur thronus dauid ſup iſrl'
et ſup iudā a dan vſq; berſabee
Et nō potuit reſpōdere ei quicq̄ qꝛ
metuebat illū. Miſit ergo abner
nūcios ad dauid in hebron ꝓ ſe
dicētes Cuius eſt terra? Et vt lo
querentur Fac mecū amicicias et
erit manꝰ mea tecū et reducā ad
te vniuerſū iſrahel. Qui ait. Optime
Ego faciā tecū amicicias ſꝫ vnā
rem peto a te dicens Non videbis
faciem meā anteq̄ adduxeris mi
michol filiā ſaul ⁊ ſic venies ⁊ vi
debis me. Miſit autē dauid nūci
os ad hiſboſeth filiū ſaul dicēs
Redde vxorē meā michol quā de
ſpondi mihi centū ꝑputijs phili
ſtijm Miſit ergo hiſboſeth et tu
lit eā a viro ſuo fatihel filio laiſ.
Sequebaturq; eā vir ſuus plorās
vſq; baurim ⁊ dixit ad eū abner
Vade et reuertere Qui reuerſus ē
Sermonēq; ītulit abner ad ſeni
ores iſrahel dicēs Tam heri q̄ nu
diuſtercius q̄rebatis dauid vt re
gnaret ſup vos Nunc ergo facite
qm̄ dn̄s locutus eſt ad dauid di
cēs In manu ſerui mei dauid ſal
uabo pplm meū iſrahel de manu
philiſtijm ⁊ omniū inimicorū eiꝰ
Locutus ē autē abner etiam ad
beniamin Et abijt vt loqueretur
ad dauid in hebron oīa q̄ placu
erāt iſraheli et vniuerſo beniami
veniteq; ad dauid in hebron cum
vigīti viris Et fecit dauid abner
et viris eius qui venerāt cum eo
cōuiuiū Et dixit abner ad dauid
Surgā vt congregē ad te dn̄m

meum regē omnē iſrl' et ineā tecū
fedus ⁊ imperes omibus ſicut de
ſiderat anima tua. Cū ergo dedu
xiſſet dauid abner ⁊ ille iſſet i pa
ce: ſtatī pueri dauid ⁊ ioab vene
rūt ceſis latronibꝰ cū preda mag
na nimis. Abner aūt nō erat cuꝫ
dauid in hebron. qꝛ iā dimiſerat
eū ⁊ pfectꝰ fuerat in pace ⁊ ioab
⁊ omis exercitus q̄ erāt cū eo: po
ſtea venerāt. Nūciatū eſt itaqꝫ io
ab a narrantibꝰ. Venit abner fi
liꝰ ner ad regē ⁊ dimiſit eū ⁊ abi
it in pace. Et ingreſſus ē ioab ad
regem ⁊ ait. Quid feciſti. Ecce vēit
abner ad te. Quare dimiſiſti eū ⁊
abijt ⁊ receſſit. Ignoras abner fi
liū ner. qm̄ ad hoc venit ad te ut
deciperet te ⁊ ſciret exitū tuū ⁊ itro
itū tuum ⁊ noſſꝫ ōnia que agis.
Egreſſus itaqꝫ ioab a dauid miſit
nūcios poſt abner ⁊ reduxit eū a
ciſterna ſyra ignorāte dauid. Cū
qꝫ rediſſꝫ abner in hebron ſeorſū
abduxit eū ioab ad mediū porte
ut loqretur ei in dolo ⁊ percuſſit il
lū ibi in inguine ⁊ mortuꝰ ē: in vl
cionē ſāguinis aſahel fratris eiꝰ
Qd cū audiſſꝫ dauid reꝫ iā geſtā
ait. Mūdꝰ ego ſum ⁊ regnū meū
apd dn̄ū vſqꝫ i ſēpiternū a ſāguīe
abner filij ner ⁊ veniat ſup caput
ioab ⁊ ſup oēꝫ domū pr̄is eiꝰ: nec
deficiat de domo ioab fluxū ſemīs
ſuſtinēs ⁊ leproſus. ⁊ tenens fuſū
et cadēs gladio ⁊ indigēs pane.
Igit̄ ioab ⁊ abiſai frat̄ eius inſfe
cerūt abner: eo qꝛ occidiſſꝫ aſahel
fratreꝫ eoꝝ in gabaon in prelio.
Dixit āt dauid ad ioab ⁊ ad oēꝫ
populū qui erat cū eo. Scīdite ve
ſtimēta vr̄a ⁊ accīgimini ſaccis ⁊
plāgite an̄ exequias abner. Por
ro rex dauid ſeq̄bat̄ feretꝝ. Cūqꝫ
ſepeliſſent abner in hebron leua
uit rex dauid voceꝫ ſuam ⁊ fleuit
ſup tumulū abner. Fleuit autem
⁊ omnis populus. Plangēſqꝫ rex
⁊ lugens abner. ait. Nequaq̄ ut
mori ſolēt ignaui: mortuus ē ab
ner. Manꝰ tue ligate non ſūt ⁊ pe
des tui n̄ ſūt cōpedibus aggraua
ti. ſꝫ ſicut ſolent cadere coraꝫ filijs
iniquitatis ſic corruiſti. Cōgemi
nāſqꝫ omnis populus fleuit ſuper
eum. Cūqꝫ veniſſet vniūſa multi
tudo cibum capere cū dauid clara
adhuc die iurauit dauid dicens
Hec faciat mihi deꝰ et hec addat
ſi ante occaſū ſolis guſtauero pa
nē vel aliud quicq̄. Omniſqꝫ po
pulus audiuit ⁊ placuerūt eis cū
cta que fecit rex in conſpectu oīs
populi. Et cognouit omne vulgꝰ
⁊ vniūſus iſrahel ī die illa quoni
am non actum fuiſſet a rege ut
occideretur abner filius ner. Dix
it quoqꝫ rex ad ſeruos ſuos. Nū
ignoratis quoniā princeps ⁊ ma
ximꝰ cecidit hodie i iſrahel. Ego
autem adhuc delicatus ⁊ vnctus
rex. Porro viri iſti filij ſaruie duri
mihi ſunt. Retribuat dominꝰ faci
enti malū iux̄ maliciā ſuā.

HVdiuit aūt hiſbo- Ca. iiij.
ſeth filius ſaul qꝛ cecidiſſet
abner i hebron et diſſolute ſunt
manus eius omniſqꝫ iſrahel per
turbatus eſt. Duo autem viri pri
cipes latronum erant filio ſaul.
nomen vni banaa et nomen al
teri rechab filij remon berothite
de filijs beniamin. Siquidem et be
roth reputata eſt in beniamin.

Et fugerūt berothite in gathaim
fuerūtq₃ ibi aduene vſq₃ ad tēp⁹
illud Erat autē ionathe filio ſaul
filius debilis pedib⁹ Quinquēnis
enī fuit quando venit nūcius de
ſaul et ionatha ex ieſrahel. Tol
lēs itaq₃ eū nutrix ſua fugit Cūq₃
feſtinaret vt fugeret cecidit. ⁊ clau
dus effectus ē habuitq₃ vocabu
lū miphiboſeth. Venientes igit̄
filij remmon berothite rechab et
banaa ingreſſe ſūt feruente die
domū hiſboſeth. Qui dormiebat
ſup ſtratū ſuū meridie ⁊ oſtiaria
domus purgans triticū obdormi
uit Ingreſſi ſūt autē domū laten
ter aſſumētes ſpicas tritici et per
cuſſerūt eū in inguine rechab et
banaa frater eius et fugerūt Cū
autē īgreſſi fuiſſent domū ille dor
miebat ſup lectū ſuū in cōclaui et
pcutientes interfecerūt eū Subla
toq₃ capite eius abierūt p viā de
ſerti tota nocte ⁊ attulerūt caput
hiſboſeth ad dauid in hebron.
Dixerūtq₃ ad regē. Ecce caput hiſ
boſeth filij ſaul inimici tui qui q̄
rebat animā tuā ⁊ dedit dn̄s dño
nr̄o regi vltionē hodie de ſaul ⁊ de
ſemine eius. Rñdens aūt dauid
rechab et banaa fratri ei⁹ filijs
remmon berothite: dixit ad eos.
Viuit dn̄s q̄ eruit aīam meā de
omni anguſtia qm̄ eū q̄ annūtia
uerat mihi et dixerat mortuus ē
ſaul q̄ putabat ſe pſpera nūciare
tenui et occidi eū in ſicelech cui
oportebat me mercedē dare p nū
tio. Quanto magis nūc cū hoīes
impij interfecerūt virū innoxium
in domo ſua ſup lectū ſuū nō que
rā ſāguinē eius de manu vr̄a et
auferā vos de terra. Precepit itaq₃
dauid pueris ſuis et interfecerūt
eos: pcidenteſq₃ manus et pedes
eoꝝ ſuſpenderūt eos ſup piſcinā
in hebron Caput aūt hiſboſeth
tulerūt et ſepelierunt in ſepulcro
abner in hebron ~ Ca. v.

Et venerūt vniūſe trib⁹ iſrl
ad dauid in hebron dicētes
Ecce nos os tuū ⁊ caro tua ſumus
Sed ⁊ heri et nudiuſtercius cum
eſſet ſaul rex ſup nos tu eras edu
cens et reducēs iſrahel Dixit autē
dn̄s ad te Tu paſces pplm meū
iſrahel et tu eris dux ſup iſrahel.
Venerūt q̄q₃ ⁊ ſeniores iſrahel ad
regē in hebron ⁊ pcuſſit cū eis rex
dauid fedus in hebron corā dño
vnxerūtq₃ dauid in regē ſup iſrl
Filius triginta ānoꝝ erat dauid
cū regnare cepiſſet et q̄draginta
annis regnauit In hebron regna
uit ſup iudam ſeptē annis et ſex
menſibus. in iheruſalem autē re
gnauit trigintatrib⁹ annis ſup
omnē iſrahel et iudā. Et abijt rex
⁊ omēs viri q̄ erāt cū eo ī iheruſa
lem ad iebuſeū habitatorē terre
Dictūq₃ eſt dauid ab eis Non in
gredieris huc n̄ abſtuleris cecos
et claudos dicentes Non ingredi
et dauid huc Cepit autē dauid
arcē ſyon: hec eſt ciuitas dauid.
Propoſuerat enī dauid ī die illa
pmiū: q̄ pcuſſiſſet iebuſeū et teti
giſſet domatū fiſtulas ⁊ abſtuliſ
ſet cecos ⁊ claudos odiētes aīam
dauid Idcirco dicit̄ in pūerbio
Cecus et claudus nō intrabunt
in tēplū Habitauit aūt dauid in
arce ſyon ⁊ vocauit eā ciuitatem
dauid ⁊ edificauit p gyꝝ a mello

⁊ intrinſecus Et egrediebat̃ ꝓfici
ens atq; ſuccreſcẽs ⁊ domin⁹ deus
exercituū̃ erat cū̃ eo. Miſitquoq;
hirā̃ rex tiri nuncios ad dauid ⁊
ligna cedrina ⁊ artifices lignorū̃
artificeſq; lapidū̃ ad parietes et
edificauerū̃t domū̃ dauid Et cog
nouit dauid quoniā̃ cõfirmaſſ;
eū̃ domin⁹ regeȝ ſup iſrl̃ ⁊ quoni
am exaltaſſ; regnum eius ſup po
pulū̃ ſuum iſrl̃. Accepit ergo da
uid adhuc ꝯcubinas ⁊ vxores de
iheruſaleȝ. poſtꝙ̃ veneāt de hebrõ
Natiq; ſūt dauid ⁊ alij filij ⁊ filie
⁊ hec nomia eorū̃ qui nati ſūt ei ĩ
iheruſaleȝ. Samua ⁊ ſobab ⁊ na
than ⁊ ſalomõ ⁊ ibaar ⁊ heliſua
⁊ nepheg ⁊ iaphia ⁊ heliſama et
helida ⁊ heliſeleth. Audierū̃t er
go philiſtijm ꝙ vnxiſſent dauid
in regẽ ſup iſrl̃ ⁊ aſcẽderũt vniuer
ſi ut quererẽt dauid. Qd̃ cum au
diſſ; dauid: deſcẽdit in preſidiuȝ.
Philiſtijm aūt venientes diffuſi
ſūt in valle raphaim. Et cõſuluit
dauid dn̄m dicẽs. Si aſcendā̃ ad
philiſtijm ⁊ ſi dabis eos ĩ manu
mea. Et dixit dn̄s ad dauid. Aſcẽ
de: ꝗ tradẽs dabo philiſtijm ĩ ma
nu tua. Venit ergo dauid ad ba
alpharaſim ⁊ percuſſit eos ibi ⁊
dixit. Diuiſit dn̄s inimicos meos
corā̃ me. ſicut diuidū̃tur aq̄. Pro
pterea vocatū̃ ẽ nomẽ loci illi⁹ ba
alpharaſim. Et reliq̄rū̃t ibi ſculp
tilia ſua: q̄ tulit dauid ⁊ viri eius
Et addiderū̃t adhuc philiſtijm
ut aſcẽderent ⁊ diffuſi ſūt ĩ valle
raphaim. Cõſuluit auteȝ dauid
dn̄m. Si aſcẽdā̃ cõtra philiſteos
⁊ tradas eos ĩ man⁹ meas. Qui
rn̄dit. Nõ aſcendas ꝯtra eos ſed

gira poſt tergū̃ eoruȝ ⁊ venies ad
eos ex adūſo pirorȝ. Et cū̃ audie
ris ſonitū̃ gradiẽtis in cacumine
pirorȝ nūc inibis p̄liū̃. ꝗ tūc egre
diet̃ dn̄s an̄ faciẽ tuā̃: ut percuciat
caſtr̃ philiſtijm Fecit itaq; dd̄ ſi
cut p̄cepat ei dn̄s ⁊ percuſſit phili
ſtijm de gabaa vſq; dū̃ venias ge

Congregauit Ca. vi. zer.
aūt rurſū̃ dd̄ oẽs electos ex
iſrl̃ triginta milia. Surrexitq; dd̄
⁊ abijt ⁊ vniūſus populus q̄ erat
cū̃ eo de viris iuda ut adducerẽt
archā̃ dei: ſuper quā̃ inuocatum ẽ
nomẽ domini exercituū̃ ſedẽtis in
cherubim ſup eam. Et impoſuerū̃t
archā̃ dei ſup plauſtrum nouuȝ.
Tuleruntq; eam de domo amina
dab qui erat in gabaa. Oſa autẽ
⁊ haio filij aminadab minabā̃t
plauſtrum nouū̃. Cū̃q; tuliſſent
eam de domo aminadab qui erāt
in gabaa cuſtodiens archā̃ dei.
haio precedebat archā̃ dei. dauid
autem ⁊ omnis iſrahel ludebant
corā̃ domino: in õmibus lignis fa
brefactis ⁊ citharis ⁊ liris et tīpa
nis ⁊ ſiſtris et cimbalis. Poſtꝙ̃
autẽ venerū̃t ad areaȝ nachor ex
tendit oſa manū̃ ad archā̃ dei et
tenuit eam. quoniā̃ calcitrabant
boues et declinauerū̃t eam. Iratuſ
q; eſt indignacõe domin⁹ contra
oſam ⁊ percuſſit eum ſup temerita
te qui mortu⁹ eſt ibi iuxta archā̃
dei. Cõtriſtat⁹ ẽ āt dauid eo ꝙ ꝑ
cuſſiſſ; dn̄s oſā̃ ⁊ vocatū̃ ẽ nomẽ
loci illi⁹ percuſſio oſa vſq; ĩ diem
hā̃c. Et extimuit dd̄ dn̄ȝ ĩ die illa
dicens Qūo ĩgredietur ad me ar
cha dn̄i. Et noluit diuẽtẽ ad ſe ar
chā̃ dn̄i in ciuitatẽ dd̄ ſ; diuertit

eam in domū obededom gethei· Et
habitauit archa dn̄i ī domo obe
dedom gethei tribus menſibꝰ · et
benedixit dn̄s obededom et om̄ez
domū eiꝰ Nūciatūqꝫ ē regi dauid
ꝙ bn̄dixiſſꝫ dn̄s obededom et oīa
eius ꝓpter archaꝫ dei· Dixitqꝫ da
uid· Ibo et reducā archā cū bene
dictione ī domū meā· Abijt ergo
dauid et adduxit archā dei de do
mo obededom in ciuitatem dauid
cū gaudio· ⁊ erāt cū dauid ſeptē
chori et victima vituli· Cūqꝫ trā
ſcendiſſent q̄ portabāt archā dn̄i
ſex paſſus ymolabant bouem et
ouē ⁊ arietē et dauid pcutiebat ī
organis et ſaltabat totis viribꝰ
ante dn̄m Porro dauid erat accī
ctus ephot lineo ⁊ dauid ⁊ om̄is
domus iſrahel ducebāt archaꝫ te
ſtamēti dn̄i in iubilo ⁊ in clango
re buccine Cumqꝫ intraſſꝫ archa
dn̄i in cītatez dauid: michol filia
ſaul ꝓſpiciēs ꝑ feneſtrā: vidit re
gē dauid ſubſilientē atqꝫ ſaltātē
corā dn̄o et deſpexit eū ī corde ſuo
Et introduxerūt archā dn̄i et im
poſuerūt eaꝫ in loco ſuo in medio
tabernaculi qđ tetēderat ei dauid
⁊ obtulit dauid holocauſta corā
dn̄o et pacifica Cūqꝫ ɔpleſſet of
ferens holocauſta ⁊ pacifica: bn̄
dixit ꝑpl'o ī nomīe dn̄i exercituū
⁊ partitus ē multitudini vniuerſe
iſrahel tā viro ꝙ̄ mulieri ſingulis
colliridā panis vnā et aſſaturaꝫ
bubale carnis vnā ⁊ ſimilā frixā
oleo Et abijt oīs ꝑpl's vnꝰ q̄ſqꝫ in
domū ſuā Reuerſuſqꝫ ē dauid vt
bn̄diceret domui ſue et egreſſa mi
chol filia ſaul in occurſū dđ· ait·
Quā glo'ſus fuit hodie rex iſrahel
diſcooperiens ſe ān̄ ācillas ſuoꝝ
ſuoꝝ et nudatus ē quaſi ſi nudet̄
vnꝰ de ſcurris· Dixitqꝫ dauid ad
michol Viuit dn̄s quia ludā āte
dn̄m qui elegit me potius ꝙ̄ prēꝫ
tuū ⁊ ꝙ̄ omnē domū eius ⁊ prece
pit m̄ vt eſſem dux ſup populuꝫ
dn̄i ī iſrahel Et ludā ⁊ vilior fiam
ꝙ̄ factus ſū ⁊ ero humilis ī oculis
meis et cū ancillis de quibꝰ locu
ta es glo'ſior apparebo· Igitur mi
chol filie ſaul nō ē natꝰ filiꝰ vſqꝫ
in diem mortis ſue Ca· vij·

Factū eſt autē cū ſediſſet rex
in domo ſua et dn̄s dediſſet
ei requiē vndiqꝫ ab vniuerſis ini
micis ſuis: dixit ad nathā ꝓphe
tam Videſne ꝙ ego habitē in do
mo cedrina et archa dei poſita ſit
in medio pelliū. Dixitqꝫ nathan
ad regē· Omne qđ ē in corde tuo
vade fac ꝙ dn̄s tecū ē Factū ē au
tem in illa nocte et ecce ſ'mo dn̄i
ad nathan dicēs Vade ⁊ loquē
ad ſeruū meum dauid Hec dicit
dn̄s Nūquid tu edificabis mihi
domū ad habitandū. Neqꝫ enim
habitaui in domo ex die illa qua
eduxi iſrahel de terra egipti vſqꝫ ī
diem hanc ſꝫ ambulabā in taber
naculo et in tentorio ꝑ cūcta loca
q̄ trāſiui cū omnibꝰ filijs iſrahel·
Nunq̄d loquēs locutꝰ ſū ad vnā
de tribubꝰ iſrahel cui p̄cepi vt pa
ſceret ꝑpl'm meū iſrahel dicēs: q̄re
nō edificaſti mihi domū cedrinaꝫ
Et nūc hec dices ſ'uo meo dauid
Hec dicit dn̄s exercituū Ego tuli
te de paſcuis ſequentē greges vt
eſſes dux ſup ꝑpl'm meū iſrahel ⁊
fui tecū in omnibꝰ vbicūqꝫ am
bulaſti ⁊ interfeci vniū'ſos īimicos

tuos a facie tua: fecică tibi nomē
grande iuxta nomen magnoꝝ q̄
ſūt in terra. Et ponā locum popu
lo meo iſrahel ⁊ plantabo eum et
habitabo cū eo ⁊ nō turbabitur
āplius: nec addēt filij iniquitatis
ut affligāt eum ſicut prius ex die
q̄ cōſtitui iudices ſup populū me
um iſrahel. Et requiē dabo tibi ab
ōmibus inimicis tuis: predicitqꝫ
tibi dominꝰ. q᷒ faciat tibi dominꝰ
domū. Cūqꝫ cōpleti fuerint dies
tui ⁊ dormieris cum prībus tuis:
ſuſcitabo ſemē tuū poſt te qđ egre
dietur de vtero tuo ⁊ firmabo reg
nū eius. Ipſe edificabit domū no
mini meo ⁊ ſtabiliā thronū regni
eius vſqꝫ in ſēpiternū. Ego ero ei
in prēm ⁊ ipſe erit mihi in filiuꝫ.
Qui ſi inique aliquid geſſerit. ar
guā eum in virga viroꝝ ⁊ in pla
gis filioꝝ hominū. Miſericordiaꝫ
autē meā nō auferam ab eo: ſicut
abſtuli a ſaul. quē amoui a facie
mea. Et fidelis erit domꝰ tua ⁊ reg
nū tuum vſqꝫ in eternū añ faciem
meā ⁊ thronꝰ tuus erit firmꝰ in
giter. Scđm ōnia verba hec ⁊ iux
ta vniuſā viſionē iſtā. ſic locutus
eſt nathā ad dauid. Ingreſſus ē
autem rex dauid ⁊ ſedit coraꝫ do
mino ⁊ dixit. Quis ego ſum domi
ne deꝰ ⁊ que domꝰ mea. q᷒ adduxi
iſti me huiuſqꝫ. Sed ⁊ hoc parū
viſū eſt in cōſpectu tuo dñe deꝰ ni
ſi loquēris etiā de domo ſerui tui i
lōginquū. Iſta eſt enim lex adaꝫ
domine deus. Quid ergo addere
poterit adhuc dauid ut loquatur
ad te. Tu enim ſcis ſeruū tuū do
mine deꝰ. Propter verbum tuū ⁊
ſcđm cor tuuꝫ feciſti ōnia magna

lia hec. ita ut notuꝫ faceres ſeruo
tuo. Idcirco magnificatus es dñe
deꝰ. quia nō eſt ſimilis tui: neqꝫ ē
deus extra te in omnibus que au
diuimꝰ auribus noſtris. Que eſt
autem ut populus tuꝰ iſrahel gēs
in terra propter quā iuit deꝰ ut rē
dimeret eā ſibi in populuꝫ ⁊ pone
ret ſibi nomen faceretqꝫ eis mag
lia ⁊ horribilia ſuper terrā. a facie
populi tui quem redemiſti tibi ex
egypto. gentem ⁊ deuꝫ eius. Fir
maſti enim tibi populuꝫ tuū iſra
hel in populū ſempiternū ⁊ tu do
mine deus factus es eis in deum.
Nūc ergo domine deus verbū qđ
locutus es ſuper ſeruum tuū ⁊ ſu
per domum eius ſuſcita in ſempit
nuꝫ ⁊ fac ſicut locutus es ut mag
ficetur nomē tuum vſqꝫ in ſempi
ternū atqꝫ dicatur. Dominꝰ deus
exercituū deus ſuper iſrahel. Et do
mꝰ ſerui tui dauid erit ſtabilita co
rā domino. quia tu domine exercituū
deꝰ iſrl̄ reuelaſti aurem ſerui tui di
cēs. domū edificabo tibi: ꝓpterea in
uenit ſeruꝰ tuꝰ cor ſuū ut oraꝫ te orā
tiōe hac. Nūc ergo dñe deꝰ tu es deꝰ:
⁊ vba tua erūt vera. Locutꝰ es enī
ad ſeruū tuū bona hec. Incipe ergo ⁊
bñdic domui ſerui tui ut ſit i ſēpi
ternū corā te. q᷒ tu dñe deꝰ locutꝰ
es: bñdictiōe tua bñdicetur domꝰ ſer
ui tui in ſēpiternū. Ca. viij.

FActū ē aūt poſtꝰ hec pcuſſit dd
philiſtijm ⁊ humiliauit eos ⁊
tulit dd frenū tributi de manu phi
liſtijm ⁊ pcuſſit moab ⁊ mēſus ē
eos funiculo coequās terre. Mē
ſus ē aūt duos funiclos vnū ad oc
cidendū ⁊ vnū ad viuificād. Factꝰ
qꝫ ē moab dd ſeruiēs ſb tributo

Et pcuſſit dauid adadezer filium
roob regē ſoba quādo ꝓfectus ē
vt dn̄aret̄ ſup flumē eufraten. Et
captis dauid ex pte eiꝰ milleſep
tingentis eq̄tibus et viginti mili
bus peditū: ſubneruauit omnes
iugales curruū dereliquit aūt ex
eis centū currꝰ. Venitq̄ꝫ ſiria da
maſci vt p̄ſidiū ferret adadezer
regi ſoba et pcuſſit dauid de ſiria
vigītiduo milia virorū et poſuit dd
p̄ſidiū in ſiria damaſci: factaq̄ꝫ ē
ſyria dauid ſeruiēs ſub tributo.
Seruauitq̄ꝫ dn̄s dauid in omībꝰ
ad quecūq̄ꝫ ꝓfectus ē Et tulit da
uid arma aurea q̄ habebāt ſerui
adadezer et detulit ea in iheruſalē
Et de bethe et de beroth ciuitatibꝰ
adadezer tulit rex dauid es multū
nimis de q̄ fecit ſalomon omnia
vaſa erea in tēplo et mare eneū
et colūnas et altare Audiuit aūt
thou rex emath ꝙ pcuſſiſſet da
uid om̄e robur adadezer Et miſit
thou ioram filiū ſuū ad regē da
uid vt ſalutaret eū cōgratulans
et grās ageret eo ꝙ expugnaſſꝫ
adadezer et percuſſiſſet eū Hoſtis
quippe erat thou adadezer. Et in
manu eius erāt vaſa aurea et va
ſa argentea et vaſa erea q̄ et ipē
ſanctificauit rex dauid dn̄o cū ar
gento et auro q̄ ſācfificauerat de
vniuerſis gētibꝰ q̄s ſubegerat de
ſiria et moab et filijs ammon et
philiſtijm et amalech et de manu
bijs adadezer filij roob regis ſo
ba Fecitq̄ꝫ ſibi dauid nomē cum
reuerteret̄ capta ſyria in valle ſa
linarū ceſis decē et octo milibꝰ et
in gebelē ad vigītitria milia et po
ſuit i ydumea cuſtodes: ſtatuitq̄ꝫ

p̄ſidiū Et facta eſt vniuerſa ydu
mea ſeruiens dauid et ſeruauit
dn̄s dauid in omībꝰ ad quecūq̄ꝫ
profectꝰ ē Et regnauit dauid ſup
omnē iſrahel: faciebatq̄ꝫ dauid
iudiciū et iuſticiā omī ppl'o ſuo.
Joab autē filius ſaruie erat ſup
exercitū: porro ioſaphat filiꝰ ach
ilud erat a comentarijs et ſadoch
filius achitob et achimelech fili
us abiathar erāt ſacerdotes et ſa
raias ſcriba: banaias autē filiꝰ
ioiade ſup cherethi et felethi Filij
autē dauid ſacerdotes erāt. Et di
xit dauid Putaſne ē aliquis qui
remanſerit de domo ſaul vt faciā
cū eo miſēdiā ꝓpter ionathan.

Erat aūt de domo Ca. ix.
ſaul ſeruus noīe ſiba Quē
cū vocaſſet rex ad ſe: dixit ei. Tu
ne es ſiba. Et ille rn̄dit Ego ſum
ſeruꝰ tuꝰ Et ait rex. Nūq̄d ſupeſt
aliq̄s de domo ſaul vt faciā cū eo
miſericordiā dei. Dixitq̄ꝫ ſiba re
gi Supeſt filius ionathe debilis
pedibus Vbi inquit eſt. Et ſiba
ad regē Ecce ait ī domo ē machir
filij amihel in lodabar Cū aūt ve
niſſet miphiboſeth filiꝰ ionathe
filij ſaul ad dauid: corruit ī faciē
ſuā et adorauit Dixitq̄ꝫ dauid. Mi
phiboſeth. Qui rn̄dit. Aſſum ſer
uus tuꝰ. Et ait ei dauid Ne time
as qꝛ faciens faciā in te miſericor
diā ꝓpter ionathan p̄rem tuū et
reſtituā tibi om̄es agros ſaul pa
tris tui et tu comedes panē ī mē
ſa mea ſemp Qui adorans eū di
xit Quis ego ſū ſeruus tuus qm̄ re
ſpexiſti ſup canē mortuū ſil'ē mei
Vocauit itaq̄ꝫ rex ſibam puerū
ſaul et dixit ei. Omnia quecunq̄ꝫ

fuerūt ſaul ⁊ vniuerſā domū ei⁹
dedi filio domini tui· Operare igiť
ei terram tu ⁊ filij tui ⁊ ſerui tui: ⁊
inferes filio dñi tui cibos ut alať
Miphiboſeth aūt filius dñi tui·
comedet ſēp panem ſuper mēſaȝ
meā· Erant aūt ſibe quindecim fi
lij ⁊ viginti ſerui· Dixitq; ſiba ad
rēgem· Sicut iuſſiſti dñe mi rex ſer
uo tuo· ſic faciet ſeru⁹ tuus· Et mi
phiboſeth comedet ſuper mēſam
meaȝ q̄ſi vn⁹ de filijs regis· Habe
bat autē miphiboſeth filiū puu
lum noīe micha Omnis vero co g
nacio dom⁹ ſibe ſeruiebat miphi
boſeth Porro miphiboſeth habi
tabat in ihēruſalēȝ· qꝛ de mēſa re
gis iugiter veſcebať et erat clau
dus vtroq; pede· Ca· x·

Factum eſt autē poſt hec· ut
moreretť rex filioruȝ āmon ⁊
regnauit anon filius ei⁹ pro eo·
Dixitq; dauid· Faciā miſericordi
am cū anon filio naas· ſicut fecit
pr̄ eius mecū miſericordiā· Miſit
ergo dauid cōſolans euȝ per ſer
uos ſuos ſuper pr̄is interitu· Cuȝ
aūt veniſſent ſerui dauid in terrā
filiorum āmon· dixerūt pn̄cipes
filioꝝ āmon ad anon dn̄m ſuuȝ·
Putas qꝛ propter honorem pr̄is
tui miſerit dauid ad te cōſolato
res ⁊ nō ideo ut te inueſtigaret ⁊ ex
ploraret ciuitatem ⁊ euerteret eā
miſit dauid ſeruos ſuos ad te·
Tulit itaq; anon ſeruos dauid·
raſitq; dimidiā ptem barbe eoꝝ
⁊ p̄ſcidit veſtes eoꝝ medias vſq;
ad nates ⁊ dimiſit eos· Qd cū nū
ciatum eſſet dauid miſit in occur
ſum eorum Erant enim viri confu
ſi turpiter valde· Et mādauit eis

dauid· Manete in ihericho donec
creſcat barba veſtra ⁊ tūc reuerti
mini· Videntes autē filij āmon qꝛ
iniuriā feciſſent dauid: miſerūt ⁊
conduxerūt mercede ſirū roob ⁊
ſiruȝ ſoba viginti milia peditū ⁊
a rege maacha mille viros ⁊ ab
hiſtob decē milia viroꝝ· Qd cū
audiſſet dauid: miſit ioab ⁊ ōnē
exercitū bellatoꝝ· Egreſſi ſūt ꝫ filij
āmon ⁊ direxerūt acieȝ ante ipſū
introitū porte· Sirus aūt ſoba et
roob ⁊ hiſtob ⁊ maacha ſeorſuȝ
erant in campo Videns ergo ioab
qꝛ preparatum eſſet aduerſuȝ ſe p̄
lium ⁊ ex aduerſo ⁊ poſt terguȝ
elegit ſibi ex omnib⁹ electis iſra
hel ⁊ inſtruxit acieȝ cōtra ſirū· reli
quā autēȝ ptem populi tradidit
abiſai fratri ſuo· Qui direxit aciē
aduerſum filios āmon· Et ait io
ab· Si preualuerint aduerſū me
ſiri: eris mihi in adiutoriū· ſi aūt fi
lij āmon p̄ualuerint aduſum te:
auxiliabor tibi· Eſto vir fortis et
pugnem⁹ pro populo noſtro ī ci
uitate dei noſtri· Domin⁹ autē fa
ciet qd bonum eſt in cōſpectu ſuo
Iniit itaq; ioab ⁊ populus q̄ erāt
cū eo certamē cōtra ſiros qui ſta
tim fugerūt a facie eius· Filij aūt
āmon videntes quia fugiſſent ſi
ri: fugerunt ⁊ ipſi a facie abiſai ⁊
ingreſſi ſunt ciuitatem· Reuerſuſ
q; eſt ioab a filijs āmon et venit
ihrlm· Videntes igr̄ filij āmon q̄m
ſir⁹ expauit ⁊ q̄m corruiſſet coraȝ
iſrl̄ ꝯgregati ſūt pit· Miſitq; ada
dezer ⁊ eduxit ſiros q̄ erāt trāſflu
uiū ⁊ adduxit eoꝝ exercitū Sobach
aūt mgr̄ milicie adadezer erat pn̄
ceps eoꝝ· Quod cū nūciatū eſſȝ

dauid cõtraxit omnem iſrahelem
et tranſiuit iordanē venitqꝫ in he
lam. Et direxerūt aciē ſiri ex aduſo
dauid et pugnauerūt ↄtra iſrahel
Fugerūtqꝫ ſiri a facie iſrahel ⁊ oc
cidit dauid de ſiris ſeptingentos
currus ⁊ q̄draginta milia equitū
et ſobach pricipē milicie pcuſſit
qui ſtatim mortuus ē. Videntes
aūt vniuſi reges q̄ erāt in pſidio
adadezer ſe victos ab iſrahel: ex
pauerūt ⁊ fugerūt quinq̄ginta ⁊
octo milia corā iſrahel. Et fecerūt
pacē cū iſrahel ⁊ ſuierūt eis. timu
erūtqꝫ ſiri auxilium prebere filijs
ammon Ca. xi.

Factū eſt autē vertēte anno
eo tpe quo ſolent reges ad
bella pcedere miſit dauid ioab. ⁊
ſuos ſuos cū eo ⁊ vniuſū iſrahel
et vaſtauerūt filios ammō ⁊ obſe
derūt rabba. Dauid āt remanſit
in ihrlm. Dum hec agerent acci
dit quadā die vt ſurgēt dauid de
ſtratu ſuo poſt meridiem ⁊ deam
bulabat in ſolario domus regie
viditqꝫ mulierē ſe lauantē ex ad
uerſo ſup ſolariū ſuū Erat autē
mlier pulchra valde. Miſit ergo
rex et reqſiuit q̄ eſſet mulier Nun
ciatūqꝫ ē ei ꝙ ipſa eſſ; bethſabee
filia heliā vxor vrie ethei. Miſſis
itaqꝫ dauid nūcijs: tulit eā. Que
cū ingreſſa eſſet ad illū: dormiuit
cū ea Statimqꝫ ſāctificata ē ab im
mundicia ſua et reuerſa ē i domū
ſuā ↄcepto fetu Mittenſqꝫ nūcia
uit dauid et ait. Concepi. Miſit
autē dauid ad ioab. dicens. Mit
te ad me vriā etheū Miſitqꝫ ioab
vriā ad dd Et venit vrias ad dd q̄
ſiuitqꝫ dd q̄ rē agēt ioab ⁊ pplꝫ

et q̄uo ām̄iniſtraret bellū Et dixit
dauid ad vriam. Vade in domū
tuā et laua pedes tuos. Et egreſſꝰ
eſt vrias de domo regis: ſecutuſqꝫ
ē eū cibus regius. Dormiuit autē
vrias ante portā domus regie cū
alijs ſeruis dn̄i ſui et nō deſcēdit
ad domū ſuā Nūciatūqꝫ ē dauid
a dicētibus Non iuit vrias in do
mū ſuā Et ait dauid ad vriā Nū
qd nō de via veniſti. Quare n̄ deſcē
diſti i domū tuā. Et ait vrias ad
dauid Archa dei ⁊ iſrahel ⁊ iuda
habitant in papilionibꝰ et dn̄s
meus ioab et ſui dn̄i mei ſup faci
em terre manēt et ego ingrediar
domū meā vt ↄmedā et bibā et
dormiā cū vxore mea. Per ſalutē
tuā et p ſalutē anime tue nō faci
am rem hāc Ait ergo dauid ad
vriam Mane hic etiam hodie et
cras dimittā te Manſit vrias in
iheruſalē in die illa et altera ⁊ vo
cauit eū dauid vt ↄmederet corā
ſe et biberet ⁊ inebriauit eū. Qui
egreſſus veſpe dormiuit i ſtratu
ſuo cū ſuis dn̄i ſui et i domū ſuā
nō deſcendit. Factū ē ergo mane
⁊ ſcripſit dauid epiſtolā ad ioab
miſitqꝫ p manū vrie ſcribēs i epi
ſtola. Ponite vriam ex aduerſo
belli vbi fortiſſimū ē preliū ⁊ dere
linq̄te eū vt pcuſſus intereat Igit
cū ioab obſideret vrbem. Poſuit
vriam in loco vbi ſciebat viros
eſſe fortiſſimos: egreſſiqꝫ viri de
ciuitate bellabāt aduerſū ioab ⁊
ceciderūt de populo ſuorū dauid
et mortuus eſt etiā vrias etheus
Miſit itaqꝫ ioab ⁊ nunciauit da
uid omia vba prelij. p̄cepitqꝫ nū
cio dicēs. Cū cōpleueris vniuſos

ſermones belli ad regem· ſi eum
videris indignari ⁊ dixerit quare
acceſſiſtis ad murū ut preliaremī
an ignorabatis ꝙ multa deſuper
ex muro tela mittātur quis pcuſ
ſit abimelech filiū iherobaal: nō
ne mulier miſit ſup eum fragmē
mole de muro ⁊ interfecit eum in
thebes· quare iuxta muruz acceſſi
ſtis dices · Etiam ſuꝰ tuus vrias
etheus occubuit Abijt ergo nun
tius ⁊ venit ⁊ narrauit dd omīa
que ei preceperat ioab ⁊ dixit nun
tius ad dauid· Preualuerūt adū
ſum nos viri ⁊ egreſſi ſūt ad nos
in agrū· Nos autem facto impetu
perſecuti eos ſumꝰ vſqȝ ad portaz
ciuitatis ⁊ direxerūt iacula ſagit
tarij ad ſeruos tuos ex muro deſu
per· mortuiqȝ ſunt de ſeruis regis·
Quin etiā ſeruus tuus vrias ethe
us mortuus eſt Et dixit dauid ad
nuntium· Hec dices ioab· Non te
frangat iſta res· Varius enī euē
tus eſt belli ⁊ nunc hunc ⁊ nunc
illum cōſumit gladius· Conforta
bellatores tuos aduerſus vrbem
ut deſtruas eam ⁊ exhortare eos·
Audiuit autē vxor vrie ꝙ mortuꝰ
eſſet vrias vir ſuus ⁊ planxit eū·
Tranſactoqȝ luctu miſit dauid ⁊
introduxit eā in domum ſuam et
facta eſt ei vxor peperitqȝ ei filium
Et diſplicuit verbū hoc qd fecerat
dauid corā dn̄o· Ca· xij·

Miſit ergo dominus nathan
ad dauid· Qui cum veniſſet
ad eum: dixit ei · Reſpōde mihi iu
ditium· Duo viri erant in ciuitate
vna· vnus diues ⁊ alter pauper·
Diues habebat oues ⁊ boues plu
rimos valde· paup autē nihil ha
bebat omnino pter ouez vnam
paruulam quaz emerat ⁊ nutrie
rat ⁊ que creuerat apud eū cum fi
lijs eius ſimul de pane illiuſ cōme
dens ⁊ de calice eius bibēs ⁊ ī ſinu
illius dormiens· eratqȝ illi ſicut fi
lia· Cum aūt peregrinꝰ quidā ve
niſſz ad diuitē: parcēs ille ſumere
de ouibꝰ ⁊ de bobus ſuis ut exhibe
ret cōuiuiū pegrino illi q̄ venerāt
ad ſe: tulit ouē viri pauperis ⁊ p̄
parauit cibos homini q̄ venerat
ad ſe· Iratus aūt indignacōe da
uid aduſum hominē illū nimis di
xit ad nathan· Viuit dn̄s· qm̄ fi
lius mortis ē vir q̄ fecit hoc· Ouē
reddet in quadruplū eo ꝙ fecerit
vbū iſtd ⁊ nō pepercerit· Dixit autē
nathā ad dd Tu es ille vir q̄ feci
ſti hāc rem Hec dicit dn̄s deꝰ iſrl
Ego vnxi te in regē ſup iſrl ⁊ ego
erui te de manu ſaul ⁊ dedi tibi do
mū dn̄i tui ⁊ vxores dn̄i tui in ſinu
tuo· dediqȝ tibi domū iſrahel et iu
da ⁊ ſi parua ſūt iſta: aditiaz tibi
multo maiora· Quare ergo cōtēpſi
ſti verbū dn̄i ut faceres malū ī cō
ſpectu meo· Vriaz etheū pcuſſiſti
gladio et vxorē illius accepiſti in
vxorez tibi ⁊ interfeciſti eū gladio
filioꝝ ammon· Quā ob rem nō re
cedet gladius de domo tua vſqȝ ī
ſēpiternū eo ꝙ deſpexeris me ⁊ tu
leris vxorē vrie ethei ut eſſet vxor
tua· Itaqȝ hec dicit dn̄s· Ecce ego
ſuſcitabo ſup te malū de domo tua
⁊ tollā vxores tuas in oculis tuis
⁊ dabo pximo tuo ⁊ dormiet cum
vxoribus tuis in oculis ſolis hu
iuſ Tu enī feciſti abſcondite· ego
autē faciaz verbum iſtud ī cōſpcū
oīs iſrahel ⁊ in cōſpcū ſolis huiuſ

Et dixit dauid ad nathan. Pec
caui dño. Dixitq̃ nathan ad da
uid. Dñs q̃ꝙ trãſtulit peccatũ tuuz
Non morieris. Verũtamen qm̃
blaſphemare feciſti inimicos no
men dñi ꝓpter verbũ hoc: filiꝰ q̃
natus ē tibi morte morietur Et re
uerſus ē nathan in domum ſuaz
Percuſſitq̃ dñs paruulũ quē pe
pit vxor vrie dauid et deſperatuſ
eſt Depcatuſq̃ ē dauid dñm pro
puulo et ieiunauit dauid ieiuñio
et ingreſſus ſeorſũ iacuit ſup t̃raz
Venerũt aũt ſeniores domus eiꝰ
cogētes eũ vt ſurgeret de t̃ra Qui
noluit nec comedit cũ eis cibum
Accidit aũt die ſeptima vt more
ret̃ infans: timuerũtq̃ ſui dauid
nũciare ei ꝙ mortuꝰ eſſet puuluſ
Dixerũt eñi. Ecce cũ puulꝰ adhuc
viueret loq̃bamur ad eum ⁊ nõ
audiebat vocez nr̃ãm: quãto ma
gis ſi dixerimus mortuus ē puer
ſe affliget. Cũ ergo dauid audiſ
ſet ſeruos ſuos muſitãtes: intel
lexit ꝙ mortuus eſſet infantulus
Dixitq̃ ad ſeruos ſuoſ. Num mor
tuus ē puer. Qui rñderũt ei. Mor
tuus eſt. Surrexit ergo dauid de
terra et lotuſ vnctuſq̃ ē. Cumq̃
mutaſſet veſtē ingreſſus ē domũ
dñi ⁊ adorauit ⁊ venit in domum
ſuã. petiuitq̃ vt ponerent ei panē
⁊ comedit. Dixerũt aũt ei ſerui ſui
Quis ē ſermo quē feciſti. Propt̃
infantē cũ adhuc viueret ieiuna
ſti ⁊ flebas: mortuo autez puero
ſurrexiſti ⁊ comediſti panē. Qui
ait Propter infantē dũ adhuc vi
ueret ieiunaui ⁊ fleui. Dicebã eñi
Quis ſcit ſi forte donet eum mihi
dñs ⁊ viuat infanſ. Nũc aũt ꝙ
mortuus ē quare ieiuno. Nũq̃d
potero reuocarē eũ amplius. Ego
vadã magis ad eũ. ille vero non
reuertet̃ ad me. Et cõſolatꝰ ē da
uid bethſabee vxorez ſuaz: ingreſ
ſuſq̃ ad eã: dormiuit cum ea. Que
genuit filiũ ⁊ vocauit nomē eius
ſalomõ et dñs dilexit eũ Miſitq̃
eũ in manu nathan ꝓphete et vo
cauit nomē eius amabilis dño:
eo ꝙ diligeret eũ dñs. Igitur pu
gnabat ioab cõtra rabbath fili
orũ ammon ⁊ expugnabat vrbē
regiã. Miſitq̃ ioab nũcioſ ad da
uid dicēs Dimicaui adũſũ rabba
et capienda ē vrbs aquaꝝ Nũc
igit̃ cõgrega reliquã partē ꝓpli et
obſide ciuitatē ⁊ cape eaz: ne cũ a
me vaſtata fuerit vrbs. nomini
meo aſcribat̃ victoria. Cõgrega
uit itaq̃ dauid om̄em ꝓplm et ꝑ
fectꝰ ē aduerſũ rabba. Cumq̃ di
micaſſet cepit eam Et tulit dyade
ma melchon de capite eius põdo
auri talentuz. hãbēs gēmas p̃cio
ſiſſimaſ ⁊ impoſitũ eſt ſup caput
dauid. Sed et predam ciuitatis
aſportauit multã valde: ꝓplumq̃
eius adducens ſerrauit et circũ
egit ſup eos ferrata carpenta. Di
uiſitq̃ cultris et trãſduxit ĩ typo
laterũ. Sic fecit vniuerſis ciuita
tibus filiorũ ammon Et reuerſus
eſt dauid et omnis exercitus in
iherusalem. Ca. xiij.

Factum ē aũt poſt hec vt ab
ſalon filij dauid ſororez ſpe
cioſiſſimã vocabulo thamar ad
amaret ammõ filius dauid et de
periret in eã valde. ita vt ꝓpt̃ amo
rez eius egrotaret ꝙ cũ eſſet v̉go
difficile ei videbat̃. vt quippiam

inhõneſte ageret cum ea. Erat au
tem ammon amic⁹ nomine iona
dab filius ſemmaa fratris dauid
vir prudēs valde. Qui dixit ad eū
Quare ſic attenuaris macie fili re
gis per ſingulos dies. Cur nō in
dicas mihi. Dixitqꝫ ei ammon.
Thamar ſororem fratris mei ab
ſalon amo Cui reſpōdit ionadab
Cuba ſuper lectū tuū ⁊ languorē
ſimula. cūqꝫ venerit pater tu⁹ ut
viſitet te. dic ei. Veniat oro tha
mar ſoror mea ut det m̄ cibum et
faciat pulmentum ut comedam
de manu eius. Accubuit itaqꝫ am
mon ⁊ quaſi egrotare cepit Cūqꝫ
veniſſet rex ad viſitandū eum ait
ammon ad regē. Veniat obſecro
thamar ſoror mea ut faciat ī ocu
lis meis duas ſorbiciunculas et
cibum paratum capiam de manū
ei⁹. Miſit ergo dauid ad thamar
domū dicens. Veni ī domum am
mon fratris tui ⁊ fac ei pulmentū
Venitqꝫ thamar in domum am
mon fratris ſui. ille autē iacebat.
Que tollens farinam cōmiſcuit ⁊
liquefaciens in oculis eius coxit
ſorbiciunculas. tollēſqꝫ quod ex
coxerat effudit ⁊ poſuit corā eo ⁊
noluit comedere. Dixitqꝫ ammon
Eicite vniuerſos a me. Cūqꝫ eie
ciſſent omnes. dixit ammon ad
thamar. Infer cibū in cōclaui ut
veſcar de manu tua. Tulit ḡ tha
mar ſorbiciunculas quas fecerat
⁊ intulit ad ammon fratrem ſuū
in ↄclaui. Cūqꝫ obtuliſſet ei cibū
apprehendit eā ⁊ ait. Veni cuba
mecum ſoror mea. Que reſpondit
ei Noli frater mi noli opprimē me
neqꝫ enim hoc phas eſt in iſrahel

Noli facere ſtulticiam hanc. Ego
enim ferre nō potero obprobriū
meū ⁊ tu eris quaſi vnus de inſipi
entibus in iſrl': qui potius loque
re ad regem ⁊ non negabit me ti
bi. Noluit autē ammon acquiſcē
precibus eius. ſꝫ p̄ualens virib⁹
oppreſſit eam ⁊ cubauit cū ea. Et
exoſā eā habuit odio magno ni
mis ita ut maius eſſꝫ odiū q̄ ode
rat eā amore quo ante dilexerat.
Dixitqꝫ ei ammon. Surge ⁊ vade
Que r̄ndit Maius eſt hoc malum
quod nūc agis aduerſum me q̄
quod ante feciſti expellēs me. Et
noluit audire eā. ſꝫ vocato puero
q̄ miniſtrabat ei. dixit. Eice hanc
a me foras ⁊ claude oſtiū poſt eā
Que induta erat talari tunica hu
iuſcemodi em̄ filie regis virgines
veſtib⁹ vtebant̄. Eiecit itaqꝫ eā
miniſter illius foras. clauſitqꝫ fo
res poſt eā. Que aſpgēs cinerē ca
piti ſuo ſciſſa talai tunica. impoſi
tiſqꝫ manib⁹ ſup caput ſuū ibat ī
grediēs atqꝫ clamās. Dixit aūt ei
abſalō frat̄ ſu⁹. Nūq̇d āmon frat̄
tu⁹ cōcubuit tecū. Sꝫ nūc ſoror ta
ce. frat̄ tuus ē. Neqꝫ affligas cor
tuū p hac re. Māſit itaqꝫ thamar
ↄtabeſcēs in domo abſalō fr̄is ſui
Cū autē audiſſꝫ rex dd̄ verba hec
cōtriſtatus ē valde ⁊ noluit cōtri
ſtaē ſpm̄ ammō filij ſui q̄m dilige
bat eū. q̄ p̄mogeītus eāt ei. Por
ro nō eſt locutus abſalō ad āmō
nec malū nec bonū Oderat em̄ ab
ſalō ammō eo q̄ violaſſꝫ thamar
ſororē ſuam. Factum eſt aūt poſt
tēpus bienniȷ ut tonderent̄ oues
abſalon in balaſor que eſt iuxta
effraim Et vocauit abſalō omnes

filios regis venitq; ad regem et
ait ad eũ. Ecce tondẽt oues ſerui
tui veniat oro rex cũ ſuis ſuis ad
ſeruũ ſuũ Dixitq; rex ad abſalon
Noli fili mi noli rogaȇ vt veniamꝰ
omnes et grauemus te Cũ autẽ
cogeret eũ ⁊ noluiſſet ire bñdixit
ei. Et ait abſalõ ad dauid. Si nõ
vis venire veniat obſecro nobiſcũ
ſaltẽ ammon frater meꝰ. Dixitq;
ad eũ rex. Nõ ẽ neceſſe vt vadat
tecum. Coegit itaq; abſalon eũ
et dimiſit cum eo ammon et vni
uerſos filios regis Fecerat q; ab
ſalon conuiuium quaſi conuiuiũ re
gis. Preceperat aũt abſalon pu
eris ſuis dicẽs. Obſeruate cum te
mulentus fuerit ammon vino. ⁊
dixero vobis percutite eũ et inter
ficite nolite timere. Ego enĩ ſũ qui
p̃cipio vobis. Roboramini ⁊ eſto
te viri fortes. Fecerũt ergo pueri
abſalon aduerſũ ammon ſicut p̃
cepat eis abſalon. Surgenteſq;
omẽs filij regis. aſcẽderũt ſinguli
mulas ſuas et fugerũt. Cũq; ad
huc pgerent in itinere fama pue
nit ad dauid dicẽs. Percuſſit ab
ſalon omẽs filios regis. et nõ re
manſit ex eis ſaltẽ vnus. Surrex
it itaq; rex dauid ⁊ ſcidit veſtimẽ
ta ſua ⁊ cecidit ſup terrã et omẽs
ſerui illius qui aſſiſtebãt ei. ſcide
rũt veſtimẽta ſua: Rñdens autẽ
ionadab filius ſemmaa fratris
dauid dixit Ne eſtimet dñs meꝰ
rex ꝙ omẽs pueri regis occiſi ſint
Ammon ſolus mortuus ẽ. qm̃ in
odio abſalon erat poſitus ex die
qua oppreſſit thamar ſororẽ eiꝰ
Nũc ergo ne ponat dñs meꝰ rex
ſup cor ſuũ vbũ iſtud dicẽs: omẽs
filij regis occiſi ſunt: qm̃ ammon
ſolus mortuꝰ ẽ Fugit aũt abſalõ
Et eleuauit puer ſpeculator oclos
ſuos ⁊ aſpexit et ecce pp̃ls multus
veniebat p iter deuiũ ex latere mõ
tis Dixit aũt ionadab ad regem
Ecce filij regis aſſunt iuxta verbũ
ſerui tui ſic factũ eſt Cũq; ceſſaſſꝫ
loqui apparuerũt et filij regis. Et
intrãtes leuauerũt vocẽ ſuã et fle
uerũt Sed ⁊ rex ⁊ oĩs ſerui eius
fleuerũt ploratu magno nimis.
Porro abſalon fugiens abijt ad
tholomai filiũ ãmiur regẽ geſſur
Luxit ergo dauid filiũ ſuũ ammõ
multis diebus. Abſalon aũt cũ
fugiſſet et veniſſet in geſſur fuit
ibi tribꝰ annis. ceſſauitq; rex da
uid pſeq̃ abſalon. eo ꝙ cõſolatꝰ
eſſꝫ ſup ammõ interitu Ca. xiiij.
Intelligẽs aũt ioab filius ſaruie
ꝙ cor regis verſũ eſſet ad abſalõ
miſit thecuam ⁊ tulit inde mlierẽ
ſapientẽ. dixitq; ad eã. Lugere te
ſimula ⁊ induere veſte lugubri ⁊
ne vngaris oleo vt ſis quaſi mu
lier iã plimo tp̃e lugẽs mortuũ
Et igredieris ad regẽ ⁊ loqueris
ad eum ſermones huiuſcemodi.
Poſuit aũt ioab verba in ore eiꝰ
Itaq; cum ingreſſa fuiſſꝫ mulier
thecuites ad regẽ cecidit coraꝫ eo
ſup terrã et adorauit ⁊ dixit. Ser
ua me rex. Et ait ad eã rex. Quid
cauſe habes. Que reſpõdit. Heu
mulier vidua ego ſũ. Mortuus ẽ
enĩ vir meꝰ et ancille tue erant
duo filij qui rixati ſũt aduerſũ ſe
in agro nulluſq; erat qui eos p
hibere poſſet ⁊ pcuſſit alter alterũ
et interfecit eũ. Et ecce cõſurgens
vniuerſa ꝯgnatio aduẽſũ ancillã

tuaꝫ dicit Trade eum qui ꝑcuſſit
fratrē ſuū ut occidamus eū ꝓ aī
ma fratris ſui quē interfecit et de
leamus heredē ⁊ querūt extinguē
ſcintillā meā que relicta eſt ut ſu
perſit viro meo nomē ⁊ reliquie ſu
per terrā. Et ait rex ad mulierem.
Vade in domū tuā ⁊ ego iubebo ꝓ
te. Dixitq; mulier thecuites ad re
gē. In me dn̄e mi rex ſit iniq̄tas ⁊
in domo patris mei. rex āt ⁊ thro
nus ei⁹ ſit innocēs. Et ait rex. Qui
ↄtradixerit tibi adduc eū ad me
⁊ vltra nō addet ut tāgat te Que
ait Recordet̄ rex dn̄i dei ſui ut non
multiplicēt̄ ꝓximi ſāguinis adul
ciſcendū et nequaq̄ interficiāt̄ fi
liū meū. Qui ait. Viuit dn̄s quia
nō cadet de capillis filij tui ſup ter
rā. Dixit ergo mulier. Loquat̄ an
cilla tua ad dn̄m meū regē verbū
Et ait. Loq̄re. Dixitq; mulier Qua
re cogitaſti huiuſcemodi rem ↄtē
populū dei ⁊ locutus eſt rex verbū
iſt͛d ut peccet ⁊ non reducat eiectū
ſuū. Oēs morimur ⁊ quaſi aq̄ di
labimur in terraꝫ que non reuer
tūtur. Nec vult deus perire aīaꝫ. ſꝫ
retractat recogitās ne penitus pe
reat qui abiectus ē. Nunc igit̄ ve
ni ut loquar ad dn̄m meū regē v͛
bū hoc p̄ſente populo. Et dixit an
cilla tua. Loquar ad regeꝫ ſi quo
modo faciat rex verbū ancille ſue
Et audiuit rex ut liberaret ancillā
ſuaꝫ de manu omniū qui volebāt
de hereditate dn̄i delere me ⁊ filiū
meū ſimul. Dicat ergo āciilla tua
ut fiat verbū dn̄i mei regis ſic ſa
crificiū. Sicut enī angelus dn̄i ſic
eſt dn̄s me⁹ rex ut nec benedictio
ne nec maledictione moueatur.

Vnde ⁊ dn̄s deus tuus eſt tecū Et
rn̄dens rex dixit ad mulierem. Ne
abſcōdas a me verbū quod te in
terrogo. Dixitq; ei mulier. Loque
re dn̄e mi rex. Et ait rex. Nunquid
manus ioab tecū ē in oib⁹ iſtis.
Reſpōdit mulier ⁊ ait Per ſalutē
anime tue dn̄e mi rex nec ad ſini
ſtrā nec ad dextrā eſt ex omnib⁹
hijs que locutus eſt dn̄s meus
rex. Seruus enī tuus ioab ipē pre
cepit mihi ⁊ ipſe poſuit in os ācil
le tue oīa verba hec ut verterēꝫ fi
gurā ſermonis huius. Seru⁹ enī
tuus ioab p̄cepit iſtud. Tu autē
dn̄e mi rex ſapiens es ſicut habet
ſapiētiaꝫ āgelus dei ut intelligas
oīa ſuper terrā Et ait rex ad ioab
Ecce placatus feci verbū tuū. Va
de ḡo ⁊ reuoca puerū abſalon. Ca
denſq; ioab ſup faciem ſuam ī ter
rā adorauit ⁊ bn̄dixit regi. Et dixit
ioab Hodie intellexit ſeruus tu⁹
quia inueni gratiaꝫ in oculis tuis
dn̄e mi rex. Feciſti enī ſermonem
dn̄e mi rex ſerui tui Surrexit ergo
ioab ⁊ abijt in geſſur ⁊ adduxit
abſalon in ihr̄lm. Dixit auteꝫ rex.
Reuertat̄ in domū ſuā ⁊ faciē meā
nō videat. Reuerſus eſt itaq; ab
ſalon in domū ſuā ⁊ faciē regis nō
vidit Porro ſicut abſalon: vir nō
erat pulcher ī omni iſrahel ⁊ deco
rus nimis. A veſtigio pedis vſq;
ad verticē non erat in eo vlla ma
cula. Et quando tondebat capillū
ſemel aūt in anno tondebat̄. q̄ gͣ
uabat eū ceſaries pōderābat capil
los capitis ſui ducētis ſiclis pōdē
publico. Nati ſunt auteꝫ abſalon
filij tres ⁊ filia vna noīe thamar
elegātis forme Manſitq; abſalō in

iheruſalem duobꝰ annis ⁊ faciẽ
regis n̄ vidit· Miſit itaqꝫ ad ioab
vt mitteret eũ ad regẽ· Qui nolu
it venire ad eũ Cũqꝫ ſecũdo miſiſſꝫ
et ille noluiſſꝫ venire ad eũ: dixit
ſeruis ſuis · Scitis agrũ ioab iuxͣ
agrũ meũ habentem meſſem ordei
Jte igitᷣ ⁊ ſuccendite eũ igni· Suc
cenderũt ergo ſerui abſalon ſegetẽ
igni Et venientes ſerui ioab ſciſſis
veſtibꝰ ſuis dixerũt· Succenderũt
ſerui abſalon ꝑtẽ agri igni Sur
rexitqꝫ ioab et venit ad abſalon
in domũ eiꝰ· et dixit Quare ſuccẽ
derũt ſerui tui ſegetẽ meã igni· Et re
ſpondit abſalõ ad ioab· Miſi ad
te obſecrans vt venires ad me ⁊
mitterẽ te ad regem et diceres ei
Quare veni de geſſur· Melius m̄
erat ibi eſſe· Obſecro ergo vt vi
deam faciẽ regis· Quod ſi memor
eſt iniq̄tatis mee īterficiat me Jn
greſſus itaqꝫ ioab ad regẽ: nũcia
uit ei oĩa· Vocatuſqꝫ ẽ abſalõ
⁊ intrauit ad regẽ ⁊ adorauit ſuꝑ
faciẽ terre corã eo· Oſculatuſqꝫ ẽ
rex abſalon· ¶ Ca.xv.

Jgitur poſt hec fecit ſibi abſalon
currus ⁊ eq̄tes et quinq̄ginta vi
ros q̄ p̄cederent eũ· Et mane cõſur
gens abſalon ſtabat iuxta intro
itũ porte in via ⁊ oĩem virũ qui
habebat negociũ vt veniret ad
regis iudiciũ vocabat abſalõ ad
ſe et dicebat· De qua ciũtate es tu
Qui reſpõdens aiebat· Ex vna tri
bu iſrahel ego ſeruus tuꝰ· Reſpõ
debatqꝫ ei abſalon· Videntᷣ mihi
ſmões tui boni et iuſti ſꝫ nõ ẽ q̄ te
audiat ꝯſtitutꝰ a rege· Dicebatqꝫ
abſalon· Quis me cõſtituat iudi
cem ſuꝑ terrã vt ad me veniant
omnes q̄ habent negociũ ⁊ iuſte
iudicẽ· Sed ⁊ cũ accederet ad eũ
homo vt ſalutaret illũ· extẽdebat
manũ ſuã et apprehendẽs oſcula
batᷣ eũ Faciebatqꝫ hoc omni iſrl̄
venienti ad iudiciũ vt audiretur
a rege ⁊ ſollicitabat corda viroꝝ
iſrahel Poſt q̄draginta aũt ãnos
dixit abſalon ad regẽ dauid Va
dam ⁊ reddã vota mea que voui
dñ̄o ĩ hebron Vouens enĩ vouit
ſeruus tuus cũ eſſet in geſſur ſirie
dicens· Si reduxerit me dñs ĩ ihe
ruſalem: ſacrificabo dñ̄o· Dixitqꝫ
ei rex dauid· Vade ĩ pace· Et ſurre
xit et abijt in hebron Miſit autẽ
abſalon exploratores ĩ vniũſas
tribus iſrahel dicens· Stati vt au
dieritis clangorẽ buccine dicite·
Regnabit abſalõ ĩ hebrõ Porro
cum abſalon ierunt ducenti viri
de iheruſalẽ vocati eũtes ſimplici
corde et cauſã penitꝰ ignorantes
Acceſſiuitqꝫ abſalõ achitofel gi
lonitẽ ꝯſiliariũ dauid de ciuitate
ſua gilo Cũqꝫ ymolaẽt victimas
facta eſt ꝯiuracõ valida ꝑpluſqꝫ
ꝯcurrens augebatur cũ abſalon
Venit igitᷣ nũcius ad dauid di
cens· Toto corde vniũſus iſrahel
ſequitᷣ abſalõ· Et ait dauid ſeruis
ſuis q̄ erãt cũ eo in iheruſalẽ· Sur
gite· Fugiamꝰ: neqꝫ enĩ erit nobˀ
effugiũ a facie abſalon· Feſtina
te egredi ne forte veniẽs occupet
nos et impleat ſuꝑ nos ruinã et
ꝑcutiat ciuitatẽ ĩ ore gladij· Dixe
rũtqꝫ ſerui regis ad eũ Oĩa q̄cũqꝫ
preceperit dñs noſter rex libẽter
exeq̄mur ſerui tui Egreſſus ẽ ergo
rex et vniũſa domus eius pedibꝰ
ſuis Et reliq̄t decẽ mlᷓeres ꝯcubias

ad cuſtodiendã domũ. Egreſſuſ
qꝫ rex ⁊ om̄is iſrahel pedibus ſuis
ſtetit ꝓcul a domo ⁊ vniuerſi ſui
eius ambulabãt iuxta eũ ⁊ legio
nes cerethi ⁊ phelethi ⁊ om̄es ge
thei pugnatores validi ſexcẽti vi
ri qui ſecuti eũ fuerant de geth pe
dites precedebãt regem. Dixit aũt
rex ad ethai getheum. Cur venis
nobiſcũ? Reuertere et habita cũ
rege qꝛ peregrinus es et egreſſus
es de loco tuo. Heri veniſti ⁊ hodie
cõpelleris nobiſcũ egredi. Ego aũt
vadã quo iturus ſũ. Reuertere et
reduc tecũ fratres tuos ⁊ dñs faci
at tecũ miſericordiã ⁊ veritatẽ qꝛ
oſtẽdiſti gratiã ⁊ fidẽ. Et reſpõdit
ethai regi dicens. Viuit dominꝰ
⁊ viuit dñs meus rex qm̄ in quo
cũqꝫ loco fueris dñe mi rex ſiue in
morte ſiue in vita ibi erit ſeruus
tuus. Et ait dauid ethai. Veni et
trãſi. Et trãſiuit ethai getheus et
rex ⁊ om̄es viri qui cũ eo erãt ⁊ re
liqua multitudo. Omneſqꝫ flebãt
voce magna ⁊ vniũſus ꝑplus trãſ
ibat. Rexqꝫ trãſgrediebat̃ torren
tẽ cedron ⁊ cũctus ꝑpl's incedebat
ꝯtra viã oliue q̄ reſpicit ad deſ'tũ
Venit aũt ⁊ ſadoch ſacẽdos ⁊ vni
uerſi leuite cũ eo portãtes archã
federis dei ⁊ depoſuerũt archã fede
ris dei. Et aſcẽdit abiathar donec
expletꝰ eſſꝫ oĩs ꝑpl's q̄ egreſſꝰ fue
rat de c̄itate. ⁊ dixit rex ad ſadoch
Reporta archã dei in vrbẽ. Si inue
nero gratiã in oculis dñi reducet
me ⁊ oſtendet m̄ eã ⁊ tabernacu
lũ ſuũ. ſi aũt dixerit m̄ non places
preſto ſum faciat quod bonum ẽ
corã ſe. Et dixit rex ad ſadoch ſa
cerdotem. O videns reuertere in ci
uitatem in pace ⁊ achimaas filiꝰ
tuus ⁊ ionathan filius abiathar
duo filij veſtri ſint vobiſcum Ecce
ego abſcõdar in cãpeſtribus deſ
ti donec veniat ſermo a vobis in
dicans m̄. Reportauerunt ergo ſa
doch ⁊ abiathar archã dei in ihe
ruſalem ⁊ manſerũt ibi. Porro da
uid aſcendebat cliuum oliuarum
ſcandens ⁊ flens nudis pedibus
incedens ⁊ operto capite. Sed ⁊ om
nis populus qui erat cũ eo operto
capite aſcendebat plorans. Nũcia
tũ eſt aũt dauid qꝛ achitofel eſſet
in cõiuracõne cũ abſalon. dixitqꝫ
dauid. Infatua queſo dñe ꝯſiliũ
achitofel Cũqꝫ aſcenderet dauid
ſũmitatẽ mõtis in quo adoraturꝰ
erãt dñm ecce occurrit ei chuſai ara
chites ſciſſa veſte et terra pleno
capite. Et dixit ei dd. Si veneris
mecum eris m̄ oneri. ſi autẽ in ci
uitatẽ reuertaris ⁊ dixeris abſalõ
ſeruus tuꝰ ſũ rex patere me viue
re ſicut fui ſeruꝰ patris tui ſic ero
ſeruus tuus: diſſipabis cõſilium
achitofel Habes aũt tecũ ſadoch
⁊ abiathar ſacerdotes ⁊ om̄e ver
bum quodcũqꝫ audieris in domo
regis indicab' ſadoch ⁊ abiathar
ſacerdotibꝰ. Sũt enim cũ eis duo
filij eoꝝ achimaas filius ſadoch
⁊ ionathã filius abiathar ⁊ mit
tetis ꝑ eos ad me oẽ v̓bũ qđ au
dieritis Veniẽte ergo chuſai ami
co dauid in ciuitatẽ. abſalõqꝫ in
greſſꝰ ẽ ihr'lm et achitofel cũ eo.

Ca. xvi.

CVmqꝫ dauid
trãſiſſet paululum montis
verticẽ apparuit ſiba puer miphi
boſeth in occurſum eius cum duo
bus aſinis q̄ onerati erãt ducẽtis

panib⁹ et centũ alligaturis vue
paſſe ⁊ centũ maſſis palatarũ et
duob⁹ vtribus vini. Et dixit rex
ſibe. Quid ſibi voluit hec. Rñditqꝫ
ſiba. Dñe mi rex. aſini domeſticis
regis vt ſedeãt et panes ⁊ palate
ad veſcendũ pueris tuis. vinum
autẽ vt bibat ſi quis defecerit in
deſerto. Et ait rex. Vbi ẽ fili⁹ dñi
tui. Rñditqꝫ ſiba regi. Remanſit
in iheruſalez dicẽs. Hodie reſtitu
et mihi domus iſrahel regnũ pr̃is
mei Et ait rex ſibe Tua ſint omĩa
que fuerũt miphiboſeth. Dixitqꝫ
ſiba. Oro vt inueniã grãz corã te
dñe mi rex Venit ergo rex dauid
vſqꝫ bahurim. Et ecce egrediieba
tur inde vir de ꝯgnacõe dom⁹ ſaul
noĩe ſemei fili⁹ gera. ꝓcedebatqꝫ
egrediens et maledicebat mitte
batqꝫ lapides ꝯtra dauid ⁊ ꝯtra
vniũſos ſeruos regis dauid Oĩs
aũt pp̃ls et vniũſi bellatores a de
xtro et a ſiniſtro latere regis ince
debant Ita aũt loquebat̃ ſemei
cũ malediceret regi. Egredere egre
dere vir ſãguinũ ⁊ vir belial Red
didit tibi domin⁹ vniũſũ ſanguĩ
nẽ dom⁹ ſaul. qm̃ inuaſiſti regnũ
ꝓ eo et dedit dñs regnũ in manu
abſalon filij tui ⁊ ecce premũt te
mala tua qm̃ vir ſanguinum es
Dixit aũt abiſai filius ſaruie regi
Quare maledicit canis hic moritu
rus dño meo regi Vadã ⁊ ampu
tabo caput eius. Et ait rex. Quid
mihi ⁊ vob̃ eſt filij ſaruie. Dimit
te eũ vt maledicat. Dñs em̃ prece
pit ei vt malediceret dauid. Et q̃s
ẽ qui audeat dicere quare ſic fecerit
Et ait rex abiſai ⁊ vniũſis ſeruis
ſuis. Ecce filius me⁹ q̃ egreſſus ẽ
de vtero meo querit animam me
am: q̃ntomagis hic filius iemi
ni maledicet mihi Dimittite eum
vt maledicat iuxta p̃ceptũ dñi. ſi
forte reſpiciat dñs afflictõez meã
⁊ reddat mihi dñs bonuz ꝓ male
dictione hac die hodierna. Am
bulabat itaqꝫ dauid ⁊ ſocij eius
ꝑ viã cũ eo. ſemei aũt ꝑ iugũ mõ
tis ex latere ꝯtra illuz gradiebat̃
maledicẽs et mittens lapides ad
uerſũ eũ terrãqꝫ ſpargẽs. Venit
itaqꝫ rex dauid ⁊ vniuerſus pp̃ls
cũ eo laſſus ⁊ refocillati ſunt ibi.
Abſalon aũt ⁊ omĩs pp̃lus eius
ingreſſi ſũt ihr̃lm ſꝫ et achitofel
cũ eo Cũ ãt veniſſꝫ chuſai arach
ites amicus dauid ad abſalõ: lo
cutus ẽ ad eũ. Salue rex ſalue rex
Ad quẽ abſalon Hec ẽ inq̃t grã
tua ad amicũ tuũ. Quare nõ iui
ſti cum aĩco tuo. Rñditqꝫ chuſai
ad abſalon. Nequaq̃: ꝗ illi⁹ ero
quẽ elegit dñs ⁊ omnis hic pp̃ls
⁊ vniuerſus iſrahel ⁊ cũ eo mane
bo. Sed vt ⁊ hoc inferã cui ego ſer
uiturus ſũ. Nonne filio regis. Si
cut parui patri tuo ita parebo et
tibi. Dixit autẽ abſalon ad achi
tofel. Inite ꝯſiliũ quid agẽ debe
amus. Et ait achitofel ad abſa
lon. Ingredere ad ꝯcubinas pr̃is
tui quas dimiſit ad cuſtodiẽdã
domũ vt cũ audierit omĩs iſrahel
ꝙ fedaueris patrẽ tuũ roborent̃
tecũ manus eoꝝ Tetẽderũt ergo
abſalon tabernaculũ in ſolario ⁊
ingreſſuſqꝫ ẽ ad ꝯcubinas pr̃is
ſui corã vniũſo iſrl̃ Conſiliũ aũt
achitofel qd̃ dabat in dieb⁹ illis
quaſi ſi quis conſuleret dñm. Sic
erat omẽ ꝯſiliũ achitofel et cum

eſſet cū dd ⁊ cū eſſet cū abſalon.
DIxit ergo achito Ca.xvij.
fel ad abſalon. Eligã mihi
duodecī milia viroꝝ ⁊ cōſurgens
perſequar dauid hac nocte et ir
ruens ſup eū quippe ꝗ laſſus eſt
⁊ ſolutis manibus pcutiã eū. Cū
q; fugerit omnis pplus qui cū eo
eſt pcutiã regē deſolatū ⁊ reducã
vniuerſū pplm quō vnus homo
reuerti ſolet Vnū enī virū tu que
ris ⁊ omnis pplus erit ī pace Pla
cuitq; ſermo eius abſalō ⁊ cūctis
maiorib9 natu iſrahel. Ait āt ab
ſalon. Vocate chuſai arachiten
⁊ audiamus quid etiā ipſe dicat
Cūq; veniſſet chuſai ad abſalō,
ait abſalon ad eū. Huiuſcemodi
ſermonē locutus ē achitofel. Fa
cere debemus an non. Quod das
ꝯſiliū. Et dixit chuſai ad abſalō
Nō bonū ꝯſiliū qd dedit achitofel
hac vice. Et rurſū intulit chuſai.
Tu noſti patrē tuū et viros ꝗ cū
eo ſūt eſſe fortiſſimos ⁊ amaro aī
mo veluti ſi vrſa raptis catulis in
ſaltu ſeuiat. Sed ⁊ pater tuus vir
bellator eſt nec morabit̄ cū popu
lo. Forſitā nūc latitant in foueis
aut in vno quo voluerit loco ⁊ cū
ceciderit vnus quilibet in pncipio
audiet quicūq; audierit ⁊ dicet.
Facta ē plaga in pplo ꝗ ſeqbatur
abſalō. Et fortiſſimus ipſe cuius
cor eſt quaſi leonis pauore ſolue
tur. Scit enī oīs pplus iſrl̄ fortē
eſſe patrē tuū et robuſtos omēs
qui cū eo ſūt Sed hoc mihi videt̄
rectū eſſe cōſiliū. Cōgreget̄ ad te
vniuerſus popul9 iſrl̄ a dan vſq;
berſabee quaſi arena maris innu
merabilis ⁊ tu eris in medio coꝝ
⁊ irruemus ſup eū in quocūq; lo
co inuentus fuerit ⁊ opiemus eū
ſicut cadere ſolet ros ſup terrā et
non relinqmus de viris qui cū eo
ſūt nec vnū quidē. Quod ſi vrbem
aliquā fuerit īgreſſus circūdabit
omis iſrl̄ ciuitati illi funes ⁊ trhe
mus eā in torrētē ut non reperiat̄
nec calculus quidē ex ea. Dixitq;
abſalon ⁊ omēs viri iſrahel. Meli
us eſt ꝯſiliū chuſai arachite cōſi
lio achitofel. Dnī āt nutu diſſipa
tū eſt cōſiliū achitofel vtile ut in
duceret dns ſup abſalon malum
Et ait chuſai ſadoch ⁊ abiathar
ſacerdotib9. Hoc ⁊ hoc modo cōſi
liū dedit achitofel abſalon ⁊ ſeni
orib9 iſrl̄ ⁊ ego tale ⁊ tale dedi ꝯſi
liū. Nunc ḡ mittite cito ⁊ nūciate
dd dicētes. Ne moreris nocte hac
in cāpeſtrib9 deſti ſ; abſq; dilacōe
trāſgredē ne forte abſorbeat̄ rex ⁊
oīs ppl's ꝗ cū eo ē Ionathas aūt
⁊ achimaas ſtabāt iux̄ fontē ro
gel. Abijt ancilla et nūciauit eis
⁊ illi pfecti ſūt ut referrēt ad regē
dd nūtiū. Nō enī poterāt videri ā
introire ciuitatē. Vidit aūt eos ꝗ
dā puer ⁊ indicauit abſalon. Illi
vero ꝯcito gradu īgreſſi ſūt domū
cuiuſdā viri ī bahurim ꝗ hēbat
puteū in veſtibulo ſuo ⁊ deſcende
rūt in eū. Tulit aūt mulier ⁊ expā
dit velamē ſup os putei quaſi ſic
cās tipſanas ⁊ ſic latuit res. Cūq;
veniſſent ſui abſalon in domū ad
mulierē dixerūt. Vbi ē achimaas
⁊ ionathas. Et rndit ei mlir. Trā
ſierūt feſtinant̄ guſtata paululū aq
At hij ꝗ querebant cū non repiſ
ſēt reuſi ſūt ī ihrl̄m Cūq; abiſſent
aſcēderūt illi de puteo et pgentes

nunciauerunt regi dauid et dixe
rũt · Surgite ⁊ trãſite cito fluuiũ
qm̃ huiuſcemodi dedit cõſiliũ cõ
tra vos achitofel · Surrexit ergo
dauid ⁊ omĩs ppl's q̃ cũ eo erat ⁊
tranſierũt iordanẽ donec diluceſce
ret anteq̃ denudaret' verbũ ⁊ nec
vnus q̃dem reſiduus fuit qui nõ
trãſiret fluuium Porro achitofel
vidẽs q̃ nõ fuiſſet factũ ꝯſiliũ ſuuꝫ
ſtrauit aſinum ſuuꝫ ſurrexitqꝫ et
abijt in domũ ſuã et in ciuitatem
ſuã ⁊ diſpoſita domo ſua ſuſpẽdio
interijt et ſepultꝰ ẽ in ſepulchro
pr̃is ſui · Dauid ãt venit in caſtra
⁊ abſalon trãſijt iordanẽ ipſe et
omĩs viri iſrahel cum eo · Amaſã
vero cõſtituit abſalõ ꝓ ioab ſup
exercitũ · Amaſa autẽ erat filius
viri q̃ vocabat' iethra de iheſreli:
q̃ ingreſſꝰ ẽ ad abigail filiã naas
ſororeꝫ ſaruie q̃ fuit mater ioab ·
Et caſtrametatꝰ ẽ iſrahel cũ abſa
lon in terra galaad Cumqꝫ veniſ
ſet dauid ĩ caſtra ſobi filiꝰ naas
de rabbath filioꝝ ammon ⁊ ma
chir filius ammihel de lodabar ⁊
berzellai galaadites de rogelim ·
obtulerũt ei ſtratoria ⁊ tapecia ⁊
vaſa fictilia frumentũ ⁊ ordeum
⁊ farinã ⁊ polentã ⁊ fabaꝫ et len
tem ⁊ frixũ cicer ⁊ mel ⁊ butirum
oues ⁊ pingues vitulos dederũtqꝫ
dauid et populo q̃ cũ eo erat ad
veſcendũ · Suſpicati enĩ ſũt ppl'm
fame et ſiti fatigari in deſerto ·

Igitur cõſiderato ¶ Ca · xviij ·
dauid populo ſuo cõſtituit ſuper
eos tribunos ⁊ centuriones ⁊ de
dit populi terciã ptem ſub manu
ioab ⁊ terciã partẽ ſb manu abi
ſai filij ſaruie fr̃is ioab et terciã
partẽꝫ ſub manu ethai q̃ erat de
geth Dixitqꝫ rex ad populũ Egre
diar ⁊ ego vobiſcũ · Et rñdit ppl's
Non exibis · Siue enĩ fugerimus
nõ magnop̃e ad eos de nobis ꝑ
tinebit ſiue media pars ceciderit
e nobis nõ ſatis curabunt · q̃ꝛ tu
vnus ſolus ꝓ decẽ milibꝰ ꝯputa
ris · Melius eſt igit' vt ſis nobis
in vrbe p̃ſidio · Ad quos rex ait
Quod vobis videt' rectũ hoc faciã
Stetit ergo rex iuxta portã · Egre
diebat'qꝫ ppl's ꝑ turmas ſuas: cẽ
teni ⁊ milleni · Et p̃cepit rex ioab
et abiſai ⁊ ethai dicens · Serua
te mihi puerũ abſalon · Et omĩs
ppl's audiebat p̃cipientẽ regem
cũctis principibꝰ ꝓ abſalõ · Itaqꝫ
egreſſus ẽ populꝰ in campũ ꝯtra
iſrahel et factũ eſt p̃lium in ſaltu
ephraim · Et ceſus ẽ ibi ppl's iſrl'
ab exercitu dauid: factaqꝫ ẽ pla
ga magna in die illa viginti mili
um Fuit aũt ibi preliũ diſperſuꝫ
ſup faciem omnis terre et multo
plures erãt quos ſaltꝰ ꝯſũpſerat
de ppl'o q̃ hij quos vorauerat
gladius in die illa · Accidit autẽ
vt occurreret abſalõ ſ̃uis dauid
ſedens mulo Cumqꝫ ingreſſus fu
iſſet mulus ſubter ꝯdenſã quercũ
⁊ magnã adheſit caput eiꝰ quer
cui ⁊ illo ſuſpenſo inter celũ ⁊ ter
rã mulus cui inſederat ptranſiuit
Vidit ãt hoc quiſpiã ⁊ nũciauit
ioab dicens · Vidi abſalon pen
dere de quercu · Et ait ioab viro q̃
nunciauerat ei · Si vidiſti quare
nõ ꝯfodiſti eũ cũ terra ⁊ ego dediſ
ſem tibi decẽ argẽti ſiclos et vnuꝫ
baltheũ · Qui dixit ad ioab · Si
appenderes in manibꝰ meis mille

argēteos nequaꝗ̄ mitterē manū
meā in filiū regis. Audiētib⁹ em̄
nobis precepit rex tibi ⁊ abiſai ⁊
ethai dicēs. Cuſtodite mihi pue
rū abſalon. Sed ⁊ ſi feciſſem con
tra animā meā audacter nequa
ꝗ̄ hoc regē latere potuiſſet ⁊ tu ſta
res ex aduerſo. Et ait ioab. Nō ſi
cut tu vis ſed aggrediar eū corā
te. Tulit ergo ioab tres lanceas i
manu ſua ⁊ infixit eas in corde ab
ſalon. Cūqȝ adhuc palpitaret he
rens in quercu cucurrerūt decē iu
uenes armigeri ioab ⁊ percuciētes
interfecerūt eū. Cecinit autē ioab
buccina ⁊ retinuit populū ne perſe
queret̄ fugientem iſrahel volens
parcere multitudini. Et tulerūt ab
ſalon et proiecerunt eū in ſaltu i fo
ueam grādē ⁊ cōportauerūt ſuper
eū aceruū lapidū magnū nimis.
Oīs aūt iſrahel fugit in tabnacu
la ſua. Porro abſalō erexerat ſibi
cū adhuc viuerēt titulū qui eſt in
valle regis. Dixerāt em̄. Nō habeo
filiū et hoc erit monimentū noīs
mei. Vocauitqȝ titulū noīe ſuo et
appellatur manus abſalon vſqȝ
ad hāc diē. Achimaas āt fili⁹ ſa
doch ait. Curram ⁊ nūciabo regi. qȝ
iudiciū fecerit ei deus de manu ini
micoꝝ eius. Ad quem ioab dixit
Nō eris nūtius in hac die. ſȝ nūci
abis in alia. Hodie nolo te nūtia
re. Filius em̄ regis eſt mortu⁹. Et
ait ioab chuſai. Vade ⁊ nūtia re
gi q̄ vidiſti. Adorauit chuſai ioab
⁊ cucurrit. Rurſus āt achimaas
filius ſadoch dixit ad ioab Quid
impedit ſi etiā ego curro poſt chu
ſai. Dixitqȝ ei ioab. Quid vis cur
rere fili mi. Veni huc. Nō eris bo
ni nuncij baiulus. Qui reſpondit
Quid enim ſi cucurrero. Et ait ei.
Curre. Currens ergo achimaas
per viam cōpendij trāſiuit chuſai
Dauid autem ſedebat inter duas
portas. Speculator vero qui erat i
faſtigio porte ſup murum eleuās
oculos vidit hominē currentē ſo
lum et exclamans indicauit regi.
Dixitqȝ rex. Si ſolus eſt. bon⁹ eſt
nuntius in ore eius. Properāte āt
illo ⁊ accedente propius: vidit ſpecu
lator hominē alterū currentē et vo
ciferās in culmine ait. Apparet m̄
alter homo currens ſolus. Dixit
qȝ rex. Et iſte bonus eſt nuntius.
Speculator autem cōtemplor ait
curſum prioris quaſi curſum achi
maas filij ſadoch. Et ait rex. Vir
bonus eſt ⁊ nuntiū portans bonū
venit. Clamans autē achimaas
dixit ad regem. Salue rex. Et ado
rans regem corā eo pronus in ter
ram ait. Benedictus dominus de⁹
tuus qui cōcluſit homines qui le
uauerūt manus ſuas cōtra dn̄m
meū regem. Et ait rex. Eſt ne pax
puero abſalon. Dixitqȝ achima
as. Vidi tumultū magnū cū mitte
ret ioab ſeruus tuus o rex me ſer
uū tuū neſcio aliud. Ad quē rex
tranſi ait ⁊ ſta hic. Cūqȝ ille trāſiſſet
et ſtaret apparuit chuſai. Et veni
ens ait. Bonū apporto nūtium mi
rex. Iudicauit em̄ pro te dn̄s hodie
de manu omniū qui ſurrexerūt con
tra te. Dixit aūt rex ad chuſai. Eſt
ne pax puero abſalon. Cui reſpō
dēs chuſai fiāt inquit ſic puer inimici
dn̄i mei regis ⁊ vniuerſi q̄ cōſurgūt
aduerſ⁹ eū in malū. Cōtriſtat⁹ itaqȝ
rex aſcēdit cenaculū porte ⁊ fleuit.

Et ſic loquebatur vadens Fili mi
abſalon: abſalon fili mi Quis m̄i
tribuat vt ego moriar ꝓ te. Ab
ſalō fili mi. fili mi abſalō Ca. xix.

Nunciatū ē āt ioab ꝙ rex fle
ret ⁊ lugeret filiū ſuū et v̄ſa
ē victoria in luctū in die illa om̄i
populo. Audiuit em̄ pp̄ls in die
illa dici. dolet rex ſup filio ſuo. Et
declinauit pp̄ls in die illa ingredi
citatem: q̄uo declinare ſolet pp̄ls
verſus et fugiens de p̄lio. Porro
rex operuit caput ſuū ⁊ clamabat
voce magna. Fili mi abſalō: ab
ſalon fili mi. Ingreſſ⁹ ergo ioab
ad regē in domū dixit. Cōfudiſti
hodie vultus oīm ſuorū tuorum
q̄ ſaluā fecerūt animā tuā et aīaz
filiorū tuorū ⁊ filiaꝝ tuaꝝ et aīaz
vxorū tuaꝝ ⁊ animā ꝯcubinarū
tuarū. Diligis odiētes te ⁊ odio
habes diligentes te Et oñdiſti ho
die ꝗ nō curas de ducib⁹ tuis et
de ſuis tuis ⁊ vere ꝯgnoui modo
quia ſi abſalon viueret ⁊ omnes
nos occubuiſſem⁹: tunc placeret
tibi. Nunc igit̄ ſurge ⁊ ꝓcede ⁊ al
loquens ſatiſfac ſeruis tuis Iuro
enim tibi p dn̄m ꝙ ſi non exieris
nec vn⁹ quidē remanſurus ſit tecū
nocte hac ⁊ peius erit hoc tibi ꝙ̄
omnia mala q̄ venerūt ſup te ab
adoleſcencia tua vſq; in pn̄s Sur
rexit ergo rex et ſedit in porta. Et
om̄i populo nunciatū ē ꝙ rex ſe
deret in porta. Venitq; vniuerſa
multitudo corā rege. iſrahel autē
fugit in tabernacula ſua. Omiſq;
pp̄lus certabat in cūctis tribub⁹
iſrahel dicens. Rex liberauit nos
de manu inimicoꝝ noſtrorū. ipſe
ſaluauit nos de māu philiſtinoꝝ
et nunc fugit de terra ꝓpter abſa
lon. Abſalon aūt quē vnximus
ſup nos mortu⁹ ē in bello Vſq; q̄
ſiletis ⁊ nō reducitis regez. Et ꝯ
ſiliū tocius iſrahel venit ad regē
Rex vero dauid miſit ad ſadoch
⁊ abiathar ſac̄dotes dicēs. Loq̄
mini ad maiores natu iuda dicē
tes. Cur venitis nouiſſimi ad re
ducendū regē in domū ſuaz. Ser
mo aūt om̄is iſrahel peruenerat
ad regez in domo eius ꝙ dixerat
rex. Hec dicetis ad populū Frēs
mei vos: os meū ⁊ caro mea vos
Quaē nouiſſimi reducitis regez.
Et amaſe dicite Nōne os meū es
⁊ caro mea. Hec faciat mihi d⁹
⁊ addat ſi nō magiſter milicie ſu
eris corā me omni tēpore ꝓ ioab
Et inclinauit cor omniū virorū iu
da quaſi viri vnius. Miſeruntq;
ad regē dicentes. Reuertere tu ⁊
oēs ſui tui. Et reuſus ē rex. Et ve
nit vſq; iordanē. Et omnis iuda
venit vſq; in galgala vt occurre
ret regi ⁊ trāſduceret eū iordanē.
Feſtinauit aūt ſemei filius gera
filij iemini de bahurim ⁊ deſcēdit
cū viris iuda in occurſū regis da
uid cū mille viris de beniamin et
ſiba puer de domo ſaul et q̄ndecī
filij eius ac viginti ſui erāt cū eo
Et irrūpentes iordanē ante regez
tranſierūt vada vt trāſducerēt
domuz regis ⁊ facerent iuxta iuſſi
onē eius. Semei autē filius gera
ꝓſtrat⁹ coraz rege cū iam trāſiſſz
iordanē dixit ad eū. Ne reputes
mihi dn̄e mi iniquitatez neq; me
mineris iniuriarū ſerui tui in die
qua egreſſus es dn̄e mi rex de ihe
ruſalem: neq; ponas rex in corde

tuo · Agnoſco enim ſeruus tuus
peccatū meū ⁊ idcirco hodie p̄m⁹
veni de oī domo ioſeph · deſcendi
q; in occurſū dn̄i mei regis · Reſp̄o
dens vero abiſai fili⁹ ſaruie dixit
Nūquid ꝓ hijs verbis nō occide
tur ſemei qui maledixit xp̄o dn̄i .
Et ait dauid · Quid mihi ⁊ vobis
filij ſaruie . Cur efficiemini mihi
hodie in ſathan . Ergone hodie ī
terficietᷣ vir in iſrl̄ . An ignoro ho
die me factū regē ſuper iſrahel . Et
ait rex ſemei · Nō morieris Iurauit
q; ei · Miphiboſeth q̄z fili⁹ ſaul de
ſcendit in occurſū regis illotis pe
dibus ⁊ intonſa barba · veſteſq;
ſuas nō lauerat a die q̄ egreſſus
fuerat rex vſq; ad diē reuerſionis
eius in pace Cūq; occurriſſet regi
dixit ei rex · Quare nō veniſti mecū
miphiboſeth . Et rn̄dens ait · Dn̄e
mi rex ſeruus meus ↄtempſit me
Dixiq; ei ego famulus tu⁹ ut ſter
neret mihi aſinū ⁊ aſcēdēs abirē
cū rege · Claudus enī ſū ſeru⁹ tu⁹
Inſuper ⁊ accuſauit me ſeruū tuum
ad te dn̄m meū regē · Tu aūt dn̄e
mi rex ſicut angelus dei es fac qđ
placitum eſt tibi · Neq; enī fuit do
mus patris mei niſi morte obno
xia dn̄o meo regi · tu autē poſuiſti
me ſuū tuū inter cōuiuas menſe
tue Quid ergo habeo iuſte quere
le aut q̄d poſſum vltra vociferari
ad regē . Ait ergo ei rex · Quid vl
tra loqueris . Fixū eſt qđ locut⁹
ſum · Tu ⁊ ſiba diuidite poſſeſſio
nes · Rn̄ditq; miphiboſeth regi ·
Etiā cūcta accipiat poſt reuerſus
eſt dn̄s meus rex pacifice ī domū
ſuā Berzellai q̄z galaadites ſenex
valde deſcēdēs de rogelim trāſduxit
regē iordanē paratus etiā vltra flu
uiū ꝓſeq̄ eū · Erat aūt berzellai ga
laadites ſenex valde id ē octoge
nari⁹ et ipſe p̄buit alimēta regi cū
moraret̄ ī caſtris · Fuit q̄ppe vir di
ues nimis · Dixit itaq; rex ad ber
zellai Veni mecū ut requieſcas ſecu
rus ī ihr̄lm · Et ait berzellai ad re
gē · Quot ſūt dies ānoꝝ vite mee
ut aſcēdā cū rege ī ihr̄lm . Octoge
nari⁹ ſū hodie · Nūq̄d vigēt ſēſus
mei ad diſcernēdū ſuaue ꝗ̄ ama
rū ꝗ̄ delectare poteſt ſuū tuū cib⁹
aut pot⁹ vel audire poſſū vltra vo
cē cātoꝝ atq; cātatricū . q̄re ſuus
tu⁹ ſit oneri dn̄o meo regi Paulu
lū ꝓcedā famulus tuus ab iorda
ne tecū · Nō indigeo hac viciſſitu
dine · ſʒ obſecro ut reuertar ſuus tu⁹
⁊ moriar ī ciuitate mea ⁊ ſepeliar
iuxᷓ ſepulchrū p̄ris mei et matris
mee · Eſt aūt ſuus tuus chamaā
ipſe vadat tecū dn̄e mi rex et fac ei
quicquid tibi bonū videtur · Dixit
itaq; ei rex · Mecum tranſeat cha
maam ⁊ ego faciam ei quicquid
tibi placuerit ⁊ omē qđ petieris a
me impetrabis · Cūq; trāſiſſʒ vni
uerſus ꝑplus ⁊ rex iordanē reſtitit
⁊ oſculatus eſt rex berzellai ⁊ bn̄
dixit ei ⁊ ille reuerſus eſt in locū
ſuum · Tranſiuit ergo rex ī galga
lam ⁊ chamaam cum eo · Omnis
autē populus iuda tranſduxerat
regem ⁊ media tm̄ pars affuerat
de populo iſrahel · Itaq; omnes vi
ri iſrahel cōcurrentes ad regē di
xerunt ei · Quare te furati ſunt fra
tres noſtri viri iuda ⁊ tranſduxe
runt regem et domum eius iorda
nē · omeſq; viros dauid cū eo . Et
rn̄dit oīs vir iuda ad viros iſrl̄

Quia mihi ꝓpior eſt rex. Cur ira
ſceris ſup hac re. Nunq̇d comedi
mus aliq̇d ex rege. aut munera no
bis data ſūt. Et r̄ndit vir iſrahel
ad viros iuda ⁊ ait. Decē ptibus
maior ego ſū apud regē magiſq̄ȝ
ad me ptinet dauid q̄ȝ ad te. Cur
feciſti mihi iniuriā ⁊ nō mihi nū
ciatū eſt priori vt reducerē regem
meū. Durius autē r̄nderunt viri
iuda viris iſrl'. Ca. xx.

Accidit q̄ȝ vt ibi eſſet vir be
lial noīe ſiba filius bochri
vir iemineus ⁊ cecinit buccina ⁊
ait. Nō eſt nobis pars in dauid
neq̄ȝ hereditas i filio yſai. Reuer
tere in tabernacula tua iſrahel. Et
ſepatus ē omnis iſrl' a dauid. ſe
cutuſq̄ȝ ē ſiba filiū bochri. viri āt
iuda adheſerūt regi ſuo a iordane
vſq̄ȝ iheruſalē. Cūq̄ȝ veniſſ; rex i
domū ſuā in iheruſalē tulit decem
mulieres ꝯcubinas q̄s dereliq̄
rat ad cuſtodiendā domū et tra
didit eas in cuſtodiā alimēta eis
p̄bens. Et nō ē ingreſſus ad eas
ſ; erāt clauſe vſq̄ȝ in diem mortis
ſue in viduitate viuētes. Dixit āt
rex amaſe Conuoca m̄ omnes vi
ros iuda in diem terciū et tu ade
ſto pn̄s. Abijt ergo amaſa vt cō
uocaret iudā et moratus ē extra
placitū qđ ei cōſtituerat rex. Ait
āt dauid ad abiſai. Nūc magis
afflicturus ē nos ſiba fili⁹ bochri
q̄ȝ abſalon Tolle ergo ſuos dn̄i
tui et pſequere eū ne forte inueni
at ciuitates munitas et effugiat
nos. Egreſſi ſūt ergo cum eo viri
ioab cerethiq̄ȝ et ſelethi et ōnes
robuſti exierūt de iheruſalē: ad p
ſequendū ſiba filiū bochri. Cūq̄ȝ
illi eſſent iuxta lapidē grandē q̄
eſt i gabaō: amaſa veniēs occur
rit eis. Porro ioab veſtitus erat
tunica ſtricta: ad mēſurā habit⁹
ſui ⁊ deſup accīctus gladio depen
dente vſq̄ȝ ad ilia in vagina q̄ fa
brifact⁹ leui motu egredi poterat
et percutere. Dixit itaq̄ȝ ioab ad
amaſam. Salue mi frater. Et te
nuit manu dextera mentū amaſe
q̄ſi oſculās eū. Porro amaſa nō
obſeruauit gladiū quē habebat
ioab. Qui pcuſſit eū in latere et
effudit inteſtina ei⁹ i terrā ⁊ mor
tuus eſt nec ſcđm vuln⁹ appoſu
it. Ioab autē ⁊ abiſai frat̄ eius
pſecuti ſūt ſiba filiū bochri. Inte
rea q̄dā viri cū ſtetiſſent iuxta ca
dauer amaſe de ſocijs ioab dixe
runt. Ecce q̄ eſſe voluit ꝓ ioab co
mes dauid. Amaſa āt ꝯſperſus
ſanguine: iacebat in media via.
Vidit hoc q̄dā vir q̄ ſubſiſtēt oīs
ppl's ad vidēdū eū ⁊ amouit ama
ſam de via i agrū: operuitq̄ȝ eū ve
ſtimēto ne ſubſiſterēt trāſeūtes
ꝓpter eū. Amoto ergo illo de via
trāſibat omnis vir ſequēs ioab
ad pſequendū ſiba filiū bochri
Porro ille trāſierāt p omnes trib⁹
iſrahel vſq̄ȝ in abela; ⁊ i bethma
cha omneſq̄ȝ viri electi ꝯgregati
fuerāt ad eum. Venerūt itaq̄ȝ ⁊
oppugnabāt eū in abela ⁊ i beth
macha et circūdederūt municōib⁹
ciuitatē ⁊ obſeſſa ē vrbs. Omnis
autē turba q̄ erat cū ioab: molie
bat̄ deſtruere muros Et clamauit
mulier ſapiens de c̄itate. Audite
audite dicite ioab: appropinqua
huc ⁊ loq̄r tecū. Qui cū acceſſiſſ;
ad eā ait illi. Tu es ioab. Et ille

rn̄dit. Ego. Ad quē ſic locuta eſt
Audi ſermones āncille tue. Qui re
ſpōdit. Audio. Rurſuq̄ʒ illa. ſmo
inq̄t dicebat̄ in veteri ꝓu̇bio. Qui
interrogāt interrogēt in abela et
ſic ꝓficiebant. Nōne ego ſū q̄ rn̄deo
veritatē in iſrl̄ ⁊ tu q̄ris ſubu̇tere
ciuitatē ⁊ euertere matrē in iſrl̄.
Quare precipitas hereditatē dn̄i.
Rn̄deſq̄ʒ ioab ait Abſit. abſit hoc
a me nō precipito neqʒ demolior.
Nō ſe ſic habet res. Sed homo de
monte effraim ſiba filius bochri
ꝯgnomine leuauit manū ſuā ꝯtr̄
regē dauid. Tradite illū ſolū ⁊ re
cedemus a ciuitate. Et ait mulier
ad ioab Ecce caput eius mittetur
ad te p murū. Ingreſſa ē ergo ad
oēm ppl̄m ⁊ locuta eſt eis ſapien
ter. Qui abſciſū caput ſibe filij bo
chri ꝓiecerūt ad ioab. Et ille ceci
nit tuba ⁊ receſſerūt ab vrbe vnꝰ
quiſqʒ in tab̄nacula ſua. Ioab āt
reuſus eſt ihēruſalē ad regē. Fuit
ergo ioab ſup oēm exercitū iſrl̄. ba
naias autē filius ioiade ſup cere
theos ⁊ feletheos. aduram vero ſu
per tributa. porro ioſaphat filius
ahilud a commentarijs. Siba autē
ſcriba. ſadoch vero ⁊ abiathar ſa
cerdotes. hira aūt ihairites erāt ſa
cerdos dauid. Ca. xxi.

Facta ē q̄ʒ fames in diebꝰ da
uid tribꝰ annis iugit̄. Et cō
ſuluit dauid oraculū dn̄i. Dixitq̄ʒ
dn̄s. Propt̄ ſaul ⁊ domū ſang̃nū
q̄ occidit gabaonitas. Vocatis
ergo gabaonitis rex dixit ad eos.
Porro gabaonite nō ſūt de filijs
iſrl̄. ſʒ reliq̄e amorreorū. Filij q̄p
pe iſrl̄ iurauerāt eis ⁊ voluit ſaul
percutere eos zelo quaſi pro filijs
iſrl̄ ⁊ iuda. Dixit ergo dd ad gabao
nitas. Quid faciā vobis ⁊ qd erit
vr̄i piaculū ut bn̄dicatis hēditati
dn̄i. Dixerūtq̄ʒ ei gabaonite. Nō
eſt nob̄ ſup argento et auro que
ſtio. ſʒ ꝯtra ſaul ⁊ ꝯtra domū eiꝰ
neqʒ volumus ut interficiatur hō
de iſrahel. Ad quos rex ait. Quid ergo
vultis ut faciā vobis. Qui dixerūt
regi. Virū q̄ attriuit nos et oppſ
ſit inique ita delere debemꝰ ut nec
vnus q̄dē reſiduꝰ ſit de ſtirpe eiꝰ i
cūctis finibꝰ iſrl̄. Dent̄ nob̄ ſeptē
viri de filijs eius ut crucifigamus
eos dn̄o in gabaa ſaul quōdam
electi dn̄i Et ait rex. Ego dabo. Pe
percitq̄ʒ rex miphiboſeth filio io
nathe filij ſaul ꝓpter iuſiurādum
qd fuerat inter dauid ⁊ ionathā
filiū ſaul. Tulit itaqʒ rex duos fi
lios reſpha filie ahia q̄s peperit
ſaul. armoni ⁊ miphiboſeth ⁊ q̄n
q̄ʒ filios michol filie ſaul quos ge
nuerāt hadrieli filio berzellai qui
fuit de molathi ⁊ dedit eos in ma
nus gabaonitarū qui crucifixerūt
eos in monte corā dn̄o. Et ecci de
rūt hij ſeptē ſimul occiſi in diebꝰ
meſſis p̄me incipiente meſſione
ordei. Tollēs āt reſpha filia ahia
ciliciū ſubſtrauit ſibi ſupra petrā
ab initio meſſis donec ſtillarē aq̄
ſup eos de celo ⁊ nō dimiſit aues
lacerare eos p diē neqʒ beſtias p
noctē. Et nūciata ſunt dauid que
fecerat reſpha filia ahia ꝯcubina
ſaul. Et abijt dauid ⁊ tulit oſſa ſa
ul ⁊ oſſa ionathe filij eius a viris
iabes galaad q̄ furati fuerāt ea
de platea bethſan in q̄ ſuſpēderāt
eos philiſtijm cū interfeciſſent ſaul
in gelboe ⁊ aſportauit īn oſſa ſaul

et oſſa ionathe filij eius ⁊ colligē
tes oſſa eoꝝ q̄ affixi fuerāt: ſepeli
erūt ea cū oſſibꝰ ſaul et ionathe
filij eius: in terra beniamin ī latē
ſepulchri cis p̄ris ſaul Feceruntq̄
omnia q̄ p̄ceperat rex ⁊ repropici
atus ē deus terre poſt hec. Factū
ē autē rurſū p̄liū philiſtinoꝝ ad
uerſū iſrl̄ ⁊ deſcēdit dauid ⁊ ſui
eiꝰ cū eo ⁊ pugnabāt cōtra phi
liſtym. Deficiēte āt dauid. ieſbi
denob q̄ fuit de genere araſa cuiꝰ
ferrū haſte trecentas vncias ap
pēdebat et accinctꝰ erat enſe no
uo: niſus ē pcutē dauid: p̄ſidioq̄
ei fuit abiſai filius ſaruie et pcuſ
ſū philiſteū interfecit. Tūc iuraue
rūt viri dauid dicentes. Jam nō
egredieris nobiſcū in bellū: ne ex
tinguas lucernā iſrl̄. Scd̄ʒ q̄ꝫ fuit
bellū i gob: ꝯtra philiſteos Tūc
pcuſſit ſobochai de vſathi: ʒaph
de ſtirpe araſa: de genere gigantū
Terciūq̄ꝫ fuit bellū in gob cōtra
philiſteos in quo percuſſit adeo
datus filiꝰ ſaltus polimitariꝰ be
thleemites goliath getheuʒ cuiꝰ
haſtile haſte erat quaſi liciatori
ū texentiū. Quartū bellum fuit in
geth i quo vir fuit excelſus q̄ ſe
nes in manibꝰ pedibuſq̄ hēbat
digitos id ē viginti ⁊ quatuor et
erat de origie araſa ⁊ blaſphema
uit iſrl̄. Percuſſit autem eū iona
thas filius ſammaa fr̄is dauid
Hij q̄tuor nati ſūt de araſa i geth
⁊ ceciderūt in manu dauid et ſer
uoꝝ eius. Ca. xxij.

Locutus eſt aūt dauid dn̄o
verba carminis huius i die
qua liberauit eū dn̄s de manū oīm
inimicoꝝ ſuoꝝ ⁊ de manu ſaul Et
ait. Dn̄s petra mea ⁊ robur meuʒ
⁊ ſaluator meꝰ. Deus dn̄s fortis
meꝰ: ſperabo in eū. Scutū meuʒ et
cornu ſalutis mee. eleuator meꝰ
⁊ refugiū meum. ſaluator meꝰ de
iniq̄tate liberabis me. Laudabilē
inuocabo dn̄m et ab inimicis me
is ſaluus ero. Quia circūdederūt
me cōtricōes mortis. torrentes be
lial terruerūt me Funes iferi circūdede
rūt me p̄uenerūt me laq̄i mortis In
tribulacōe mea inuocabo dn̄m ⁊
ad deū meū clamabo Et exaudiet
de tēplo ſancto ſuo vocē meam ⁊
clamor meꝰ veniet ad aures eius
Cōmota eſt ⁊ ꝯtremuit tra: ſūda
mēta montiū ꝯcuſſa ſūt et ꝯquaſ
ſata. q̄uo iratꝰ ē eis. Aſcendit fu
mus de naribꝰ eiꝰ et ignis de ore
eius vorauit. carbones ſuccēſi ſūt
ab eo. Et inclinauit celos ⁊ deſcē
dit ⁊ caligo ſub pedibus eius. Et
aſcendit ſup cherubin et volauit
et lapſus ē ſup p̄enas vēti. Et po
ſuit tenebras in circuitu ſuo lati
bulū cribrās aq̄s de nubibus ce
lorū. Pre fulgore in ꝯſpcū eiꝰ nu
bes. ſuccēſi ſūt carbones ignis To
nabit de celo dn̄s ⁊ excelſꝰ dabit
vocē ſuā Miſit ſagittas ſuas ⁊ diſ
ſipauit eos: fulgura et ꝯſumpſit
eos. Et apparuerūt effuſiōes maiſ
et reuelata ſūt ſūdamēta orb. ab
increpacōne dn̄i. ab inſpiracōne
ſp̄us furoris eius. Miſit de celo ⁊
aſſumpſit me et traxit me de aq̄s
multis. Liberauit me ab inimico
meo potētiſſimo et ab hijs q̄ ode
rāt me: q̄uo robuſtiōes me erāt.
Preuenit me i die afflictiōis mee
⁊ factus ē dn̄s firmamentū meuʒ
Et eduxit me i latitudinē. liberauit

me ꝗꝛ ꝯplacui ei· Retribuet mihi
dñs ſcd̄m iuſtitiã meã ⁊ ſcd̄m mū
ditiã manuū meaꝝ reddet mihi·
Quia cuſtodiui vias dñi ⁊ nō egi
impie a deo meo· Oia em̄ iudicia
eius in ꝯſpcū meo ⁊ precepta eiꝰ
nō amoui a me Et ero pfectꝰ corã
eo ⁊ cuſtodiã me ab iniq̄tate mea
Et reſtituet m̄ dñs ſcd̄m iuſtitiã
meã ⁊ ſcd̄m mūditiã manuū mea
rū in ꝯſpcū oculoꝝ ſuoꝝ Cū ſācto
ſāctus eris ⁊ cū robuſto pfectus·
Cū electo electus eris ⁊ cū peruerſo
ſubūteris· Et pplm̄ pauperē ſaluū
facies· oculiſq; tuis excelſos humi
liabis· Quia tu lucerna mea dñe
⁊ tu dñe illuminab̄ tenebras me
as In te em̄ curraz accinctus ī deo
meo trāſiliã murū· Deus imma
culata via eius eloquiū dñi igne
examinatū ſcutū eſt oim̄ ſperātiū
in ſe· Quis ē deus p̄ter dñm et q̄s
deus fortis p̄ter deū nr̄m· Deus q̄
accinxit me fortitudine ⁊ cōplana
uit pfectã viã meã· Coequans pe
des meos ceruis ⁊ ſup excelſa mea
ſtatuēs me· Docēs manus meas
ad p̄liū ⁊ ꝯponēs q̄ſi arcū ereum
brachia mea· Dediſti mihi clipeū
ſalutis tue ⁊ mãſuetudo mea mul
tiplicauit me· Dilatabis greſſus
meos ſubtus me ⁊ nō deficiēt tali
mei· Perſequar inimicos meos ⁊
ꝯterã ⁊ nō ꝯuertar donec cōſumã
eos· Cōſumã eos ⁊ ꝯfringã ut nō
ꝯſurgãt cadēt ſub pedibus meis·
Accinxiſti me fortitudine ad pre
liū incuruaſti reſiſtētes mihi ſub
tus me Inimicos meos dediſti m̄
dorſū: odientes me ⁊ diſpdã eos·
Clamabūt ⁊ non erit qui ſaluet
ad dominū et non exaudiet eos

Delebo eos ut puluerē terre q̄ſi lu
tū plateaꝝ ꝯminuã eos atq; ꝯfri
gaz· Saluabis me a cōtradictōi
bus ppli mei cuſtodies me ī caput
gētiū· Populus quez ignoro ſerui
et mihi· filij alieni reſiſtent m̄· au
ditu auris obediēt mihi Filij alie
ni defluxerūt ⁊ ꝯtrahent̄ in angu
ſtijs ſuis· Viuit dñs et bn̄dictus
deus meus ⁊ exaltabit̄ deus fortis
ſalutis mee· Deus qui das vindi
ctas mihi ⁊ deicis populos ſb̄ me
Qui educis me ab inimicis meis
⁊ a reſiſtētibꝰ mihi eleuas me a vi
ro iniquo liberab̄ me· Propterea
ꝯfitebor tibi dñe in gētibꝰ ⁊ nomi
ni tuo cātabo· Magnificāti ſalutē
regis ſui ⁊ faciēti miſericordiã xp̄o
ſuo dauid ⁊ ſemini eiꝰ in ſempit̄nū·

Hec autē ſūt v̄ba Ca· xxiij·
nouiſſima q̄ dixit dauid fili
us yſai· Dixit vir cui ꝯſtitutū ē de
criſto dei iacob egregiꝰ pſaltes iſ
rahel· Spiritus dñi locutus eſt p
me ⁊ ſermo eiꝰ p linguã meã· Di
xit: deꝰ iſrl̄ m̄ locutus ē: fortis iſrl̄
Dominator hoim̄ iuſtꝰ ⁊ dñator
in timore dei Sicut lux aurore oriē
te ſole mane abſq; nubibus ruti
lat ⁊ ſicut pluuijs germiat herba
de t̄ra· Nec tāta ē domꝰ mea apud
deū ut pactū eternū iniret mecum
firmū in oībꝰ atq; munitū· Cūcta
ei ſalꝰ mea ⁊ oīs volūtas nec ē q̄c
q̄ꝫ ex ea qd̄ nō germinet· Preuari
catores aūt q̄ſi ſpine euellēt̄ vniu̇
ſi q̄ nō tollūt̄ manibꝰ Et ſi q̄s tan
gere voluerit eas armabit̄ ferro
⁊ ligno lanceato· igneq; ſuccenſe
ꝯburēt̄ vſq; ad nihilū Hec noīa
fortiū dd̄· Dauid ſedēs ī cathedra
ſapientiſſimꝰ pn̄ceps inter tres·

Ipſe eſt q̃ſi tenerrimus ligni ver
miculus. q̃ octingentos īterfecit
impetu vno. Poſt hūc eleazar fi
lius patrui eiꝰ ahoites inter tres
fortes q̃ erāt cū dauid quādo ex
probrauerūt philiſthim et cōgre
gati ſūt illuc in p̄liū. Cūqꝫ aſcen
diſſent filij iſrl' ipſe ſtetit et pcuſ
ſit philiſteos: donec deficeret ma
nus eiꝰ et obrigeſceret cū gladio
Fecitqꝫ dn̄s ſalutē magnā in die
illa ⁊ populus qui fugerat reuer
ſus eſt ad ceſorū ſpolia detrahen
da Et poſt hūc ſāmaa filiꝰ agge
de arari. Et ꝯgregati ſunt philiſti
im in ſtacōne. Erat q̃ppe ibi ager
lente plenus. Cūqꝫ fugiſſet pp̄ls
a facie philiſtijm ſtetit ille in me
dio agri et tuitus eſt eū. Percuſ
ſitqꝫ philiſteos ⁊ fecit dn̄s ſalutē
magnam. Necnō et ante deſcēde
rāt tres qui erant principes inter
triginta ⁊ venerāt tp̄e meſſis ad
dauid in ſpelūcā adollā. Caſtra
āt philiſtinoꝝ erāt poſita ī valle
gigantū et dauid erat in p̄ſidio
porro ſtatio philiſtinorū tūc erat
in bethleem Deſiderauit ergo da
uid ⁊ ait. O ſi quis m̄ daret potū
aque de ciſterna q̄ eſt ī bethleem
iuxta portā. Irruperūt ergo tres
fortes caſtra philiſtinorū ⁊ hau
ſerūt aquā de ciſterna bethleem
q̄ erat iuxta portā ⁊ attulerūt ad
dauid. At ille noluit bibē. ſ; liba
uit illā dn̄o dicēs Propicius ſit
mihi dn̄s: ne faciā hoc. Nū ſang
uinem hoīm iſtoꝝ q̄ profecti ſunt
et aīaꝝ periculū bibam. Noluit
ergo bibere. Hec fecerunt tres ro
buſtiſſimi. Abiſaiqꝫ frater ioab
filius ſaruie: p̄nceps eāt de tribꝰ

Ipſe eſt q̄ leuauit haſtā ſuā ꝯtra
trecentos q̄s interfecit: noīatus
in tribus ⁊ īter tres nobilior erat
qꝫ eoꝝ princeps ſed vſqꝫ ad tres
p̄mos nō puenerat. Et banaias
filiꝰ ioiade viri fortiſſimi magno
rū operū de capſeel. Ipſe pcuſſit
duos leones moab ⁊ ipſe deſcen
dit ⁊ pcuſſit leonē in media ciſter
na in diebꝰ niuis. Ipſeqꝫ interfe
cit virū egiptiū virū dignum ſpe
ctaculo habentē in manū haſtam
Itaqꝫ cū deſcendiſſ; ad eū ī virga
vi extorſit haſtā de manu egiptij
et int̄fecit eū haſta ſua Hec fecit
banaias filiꝰ ioiade. Et ip̄e noīa
tus inter tres robuſtos q̄ erāt int̄
triginta nobiliores. verūtamen
vſqꝫ ad tres nō puenerāt. Fecitqꝫ
eū ſibi dauid auricularīu a ſecreto
Aſahel frater ioab inter triginta
Eleanan filiꝰ patrui eiꝰ de bethle
em. Sēma de arari. Elicha de aro
di. Heles de phalti. Hira filius
acces de thecua. Abieſer de ana
thot Mobōnai de vſathi. Selmō
ahoites Macharai netophatites
Eleph filiꝰ baan ⁊ ip̄e netopha
tites. Itai filius ribai de gebeeth
filioꝝ beniamin. Banai pharato
nites. Heldai de torrente gaas.
Albialbon arbathites. Azma
ueth de beromi Eliaba de ſalboni
Filij iaſen: ionathan. Semma
de orodi. Haiam filius ſarar aro
thites. Elicleth filius aaſbai.
filij maachati. Heliā filius achi
tofel gelonites. Eſrai de carmelo
Farai de arbi Igaal filiꝰ nathan
de ſoba. Bonni de gaddi Selech
de āmoni. Naarai berothites ar
migͤ ioab filij ſaruie Hira ithrites

Gareb ⁊ ipē ihetrites. Vrias ethe
us. Oēs trigitaſeptē Ca. xxiiij.
ET addidit furoꝛ dñi iraſci
ↄtra iſrahel: ↄmouitqꝫ da
uid in eis dicēteꝫ ad ioab. Vade
nūera iſrahel ⁊ iudā. Dixitqꝫ rex
ad ioab principeꝫ exercitus ſui.
Perambula oēs tribus iſrł. a
dan vſqꝫ ad berſabee ⁊ numerate
populū ut ſciā numerū eius. Dix
itqꝫ ioab regi. Adaugeat dñs de
us tuꝰ ad populū tuum quātus
nūc eſt: iterūqꝫ cētuplicet in cōſpe
ctu domini mei regis. Sed quid ſi
bi dominꝰ meꝰ rex vult ī re huiuſ
cemodi. Obtinuit auteꝫ ſermo re
gis verba ioab ⁊ pncipū exercitꝰ
Egreſſuſqꝫ ē ioab ⁊ pncipes mili
tum a facie regis ut numerarēt po
pulum iſrahel. Cūqꝫ pertrāſiſſent
iordanē venerūt in aroer ad dexte
ram vrbis que eſt in valle gad ⁊
p iazer trāſierūt in galaad ⁊ in ter
rā inferiorē hodſi ⁊ venerūt ī dan
ſilueſtria. Circueūteſqꝫ iuxta ſydo
nē trāſierūt ꝓpe menia tyri ⁊ om
nē terram euei ⁊ chananei: vene
rūtqꝫ ad meridiē iuda ī berſabee
⁊ luſtrata vniuerſa terra affuerūt
poſt noueꝫ mēſes et viginti dies
in iheruſaleꝫ. Dedit ergo ioab nu
merū deſcriptōnis populi regi. Et
inuenta ſūt de iſrahel octingenta
milia viroꝝ fortiuꝫ qui educerēt
gladiū ⁊ de iuda quingēta milia
pugnatoꝝ. Percuſſit aūt coꝛ da
uid eū poſtꝙ nūeratus ē populꝰ
Et dixit dauid ad dñm. Peccaui
valde in hoc facto ſed p̄coꝛ domīe
ut trāſferas iniqtatē ſ̄ui tui. qꝛ ſtul
te egi nimis. Surrexit itaqꝫ dd ma
ne ⁊ ſ̄mo dñi factꝰ ē ad gad ꝓphe
tā ⁊ videntē dd dicēs Vade ⁊ loqre
ad dd. Hec dicit dñs. Triū tibi da
tur optō elige vnū qđ volueris ex
hijs ut faciā tibi. Cūqꝫ veniſſꝫ gad
ad dd nūciauit ei dicēs. Aut ſep
tē ānis veniet tibi fames ī terra tua.
Aut tribꝰ mēſibꝫ fugies adūſari
os tuos ⁊ illi te pſequent: aut certe
tribꝰ diebꝰ erit peſtilentia in ter
ra tua. Nunc ergo delibera ⁊ vide
quem reſpondeaꝫ ei qui me miſit
ſermonem. Dixit autē dauid ad
gad. Coartoꝛ nimis. Sed meliuſ
eſt ut incidiā in manus domini:
multe enim miſericordie eiꝰ ſūt:
ꝙ i manꝰ hominū. Immiſitqꝫ do
minꝰ peſtilenciā in iſrahel de mane
vſqꝫ ad tempus cōſtitutū ⁊ moꝛ
tui ſunt ex populo a dan vſqꝫ ber
ſabee ſeptuaginta milia virorum
Cūqꝫ extendiſſꝫ manū ſuaꝫ ange
lus domini ſup iheruſaleꝫ ut diſp
deret eā: miſertus eſt dominꝰ ſup
afflictione ⁊ ait angelo percutiē
ti populū. Sufficit nūc ↄtine ma
nū tuam Erat aūt angelꝰ domini
iuxta areā areuna ihebuſei. Dixit
qꝫ dauid ad dominū cum vidiſſꝫ
angelū cedētem populū. Ego ſum
qui peccaui ⁊ ego inique egi iſti q
oues ſūt quid fecerūt. Vertatur
obſecro manꝰ tua cōtra me ⁊ ↄtra
domū pris mei. Venit aūt gad ꝓ
pheta ad dauid in die illa ⁊ dixit
ei. Aſcēde ⁊ cōſtitue altare dño in
area areuna ihebuſei. Et aſcendit
dauid iuxta ſermonē gad quē p̄
cepat ei dñs. Cōſpitiēſqꝫ areuna
animaduertit regē ⁊ ſuos eiꝰ trāſi
re ad ſe ⁊ egreſſus adorauit regeꝫ
ꝓno vultu ī trā ⁊ ait. Quid cauſe ē
ut veniat dñs meꝰ rex ad ſuū ſuū.

Cui dauid ait. Vt emam a te are
am ⁊ edificē altare dño ⁊ ceſſꝫ īnt
fectio q̄ graſſat̄ in populo. Et ait
areuna ad dauid. Accipiat ⁊ of
ferat dñs me⁹ rex: ſicut placet ei
habes boues ī holocauſtū ⁊ plau
ſtrū ⁊ iuga boū in vſū lignorum.
Omnia dedit areuna regi. Dixitqꝫ
areuna ad regeꝫ. Dñs deus tuus
ſuſcipiat votū tuū Cui reſpondēs
rex ait. Nequaq̄ vt vis ſꝫ emam
p̄cio a te et nō offerā dño deo meo
holocauſta gratuita. Emit ergo
dauid areā ⁊ boues argenti ſiclis
quinquagīta ⁊ edificauit ibi da
uid altarē dño ⁊ obtulit holocau
ſta et pacifica. Et repropiciat⁹ ē
dñs terre ⁊ cohibita ē plaga ab
iſrahel.

Explicit. liber regū ſcd̄s.
Incipit tercius. Ca. p̄mū.

A

AT rex dauid ſenue
rat: habebatqꝫ eta
tis plurimos dies.
Cūqꝫ operiretur veſti
bus nō calefiebat.
Dixerūt ergo ei ſerui ſui Queram⁹
dño nr̄o regi adoleſcētulā v̄ginē
⁊ ſtet corā rege ⁊ foueat eū dormi
atqꝫ in ſinu ſuo ⁊ calefaciat dñm
nr̄m regē. Queſierūt igit̄ adoleſcē
tulā ſpecioſā in omnib⁹ finib⁹ iſrl̄
⁊ inuenerunt abiſac ſunamitē ⁊
adduxerūt eam ad regē. Erat autē
puella pulchra nīs: dormiebatqꝫ
cū rege ⁊ miniſtrabat ei: rex vero
nō ꝯgnouit eā. Adonias aūt fili
us aggith eleuabat̄ dicēs. Ego re
gnabo. Fecitqꝫ ſibi currus ⁊ equi
tes ⁊ quinq̄gīta viros q̄ currerēt
ante eū. Nec corripuit eū pater
ſuus aliquando dicēs. Quare hoc
feciſti. Erat autē ⁊ ipſe pulcher
valde: ſcd̄us natu poſt abſolō Et
ſermo eius cū ioab filio ſaruie ⁊
cū abiathar ſacerdote: q̄ adiuua
bāt ptes adonie. Sadoch vero ſa
cerdos et banaias fili⁹ ioiade et
nathan ꝓpheta ⁊ ſemei ⁊ cerethi
⁊ felethi ⁊ om̄e robur exercitus
dauid nō erat cum adonia. Immo
latis ergo adonias arietib⁹ et vi
tulis ⁊ vniūſis pinguibus iuxta
lapidē zoeleth q̄ erat vicin⁹ fonti
rogel: vocauit vniuerſos fratres
ſuos filios regis et oēs viros iu
da ſeruos regis. nathan aūt pro
phetā ⁊ banaiā ⁊ robuſtos q̄ſqꝫ
⁊ ſalomonē frēm ſuū nō vocauit
Dixit itaqꝫ nathan ad bethſabee
matrē ſalomonis. Nū audiſti q̄
regnauerit adonias fili⁹ aggith
⁊ dñs noſter dauid hoc ignoāt.
Nūc ergo veni accipe ꝯſiliū a me
⁊ ſalua aīmā tuā filijqꝫ tui ſalo
monis. Vade ⁊ ingredē ad regē
dauid ⁊ dic ei. Nonne tu dñe mi
rex iuraſti mī ancille tue dicens q̄
ſalomon fili⁹ tu⁹ regnabit poſt
me ⁊ ipſe ſedebit ī ſolio meo. Qua
re ergo regnāt adonias. Et adhuc
ibi te loquente cū rege ego veniā
poſt te ⁊ ꝯplebo ſmones tuos In
greſſa ē itaqꝫ bethſabee ad regeꝫ
in cubiculo. Rex aūt ſenuerat nī
mis ⁊ abiſac ſunamitis miniſtra
bat ei. Inclinauit ſe bethſabee ⁊
adorauit regē. Ad quā rex: q̄d ti
bi inq̄t vis. Que reſpondens ait Dñe
mi tu iuraſti p dñm deū tuū ancil
le tue ſalomon filius tuus regna
bit poſt me ⁊ ipſe ſedebit in ſolio

B.